

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
L**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
AD POLONIAM SPECTANTIA
XX PARS
H B A, B 4, 1549-1568**

edidit

CAROLINA LANCKOROŃSKA



NON EXTINGUETUR

R O M A E 1 9 8 0

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA VIRGINIO ORSINI 19 - ROMA

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA
(continuatio *Studio Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De Archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituant*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).
-

ANTEMURALE, I-XXIII, Romae, 1954-1979

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

- I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565), Ind. nom. prop. 1960. (*Archivum Secretum Vaticanum*).
- II — « *Liber Disparat Antiqua Continens* » Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424), 19 facs. Ind. nom. prop. 1960. (*Archivum Capituli Trident.*)
- III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787), 29 tab. Ind. nom. prop. ind. chron. 1961.
- IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603), 9 tab., Ind. nom. prop., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483 doc. (A.D. 1568-1682), 4 tab., 1962.
- VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc. (A.D. 1603-1629), 8 tab., Ind. nom. prop., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1962.
- VII — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XIV+250, 1205 doc. (A.D. 1641-1676), 11 tab., Ind. nom. prop., ind. chron., 1962.
- VIII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. X+214, 157 doc. (A.D. 1514-1576, 1720-1791), 7 tab., Ind. nom. prop., ind. chron., 1963.
- IX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, I pars. Coll. L. KOCZY, pp. XII+184, 98 doc. (A.D. 1526-1572), 8 tab., Ind. nom. prop., 1964.
- X — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, III pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+343, 1399 doc. (A.D. 1568-1676), 12 tab., Ind. nom. prop., ind. chron., 1964.
- XI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+287, 214 doc. (A.D. 1567-1579), 7 tab.. Ind. nom. prop., ind. chron., 1964.
- XII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. V+291, 163 doc. (A.D. 1571-1576), 5 tab., Ind. nom. prop., ind. chron., 1964.


INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
L**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
AD POLONIAM SPECTANTIA
XX PARS
H B A, B 4, 1549-1568**

edidit

CAROLINA LANCKOROŃSKA



NON EXTINGUETUR

R O M A E 1 9 8 0

SUMPTIBUS
FUNDATIONIS
LANCKORONSKI
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA VIRGINIO ORSINI, 19 - ROMA

I N D E X R E R U M

Introductio	Pag.	VII
Textus	»	3
Elenchus epistolarum	»	161
Index personarum et locorum	»	163
Elenchus omnium epistolarum in voluminibus XXX-XXXII, XXXIV-L editarum	»	175
Bibliographia selecta	»	197
4 Tabulae		

INTRODUCTIO

Hoc quinquagesimo volumine Elementorum, vicesimo autem seriei « Regiomontanae » finis imponitur edendis documentis, quae in sectione B Polen Tabularii Regiomontani (recens Gottinga Berolinum translati) asservantur. In qua sectione, sicut lectori nostro bene notum est, depositae sunt epistolae, quae annis 1525-1572, id est a Ducatu Regni Poloniae feudatario in Prussia condito usque ad obitum Sigismundi Augusti, ultimi ex stirpe Jagellonica Poloniae regis, ex Polonia et Lithuania ad Albertum eiusque filium Albertum Fridericum in Prussia duces, vel ad personas eis vicinas, mittebantur.

His 20 voluminibus publici iuris fecimus 4681 epistolas, quarum alias in extenso, alias vero in regestis attulimus, praeter alia permulta scripta ipsis epistolis annexa. Ex tanto documentorum numero 1237 epistolae, quae a regibus reginisque Poloniae in Prussiam missae sunt, in sectione B1 continentur et tria volumina nostra occupant (XXX-XXXII).

2220 proveniunt a proceribus Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae (B2) et 9 volumina comprehendunt (XXXIV-XLII).

269 epistolae ad ducem Albertum misit Gabriel Tarlo (B2a), quas in uno volumine complexi sumus (XLIII).

156 a Bernardo Pohibel, secretario Gabrielis Tarlo (B2b), scriptae erant pariterque uno volumine publicatae sunt (XLIV).

197 a civibus et civitatibus missae (B3) etiam in uno volumine continentur (XLV).

Denique ex sectione B4 habemus 602 epistolae « agentium » vel « informatorum » ducis, quas in 5 voluminibus typis imprimi fecimus (XLVI-L).

Volumen L, quod nunc in lucem edimus, est ultimum ex eis, in quibus documenta ex sectione B publicata continentur, et complectitur 76 epistolae, annis 1549-1568 ad ducem Albertum missas, quarum maximum numerum (29) scripsit Bernardus Pretwicz, de quo in introductione praecedentis voluminis plura diximus.

13 epistolae scriptae sunt a Ludovico Montio Mutinensi, secretario regiae Bonae et Sigismundi Augusti noto « informatore », qui etiam familiae Estensis negotia in Polonia procurabat. Minus tamen hucusque constabat de eius cum duce Alberto litterarum commercio, cuius rei manifestum testimonium sunt epistolae (numero 21) in hoc et in praecedenti volumine publicatae. His epistolis suis Montius du-

*cem certiorem reddebat imprimis de eis, quae in Italia (quo se sae-
pius conferebat) gerebantur. Aderat regi, cum regina Barbara aegro-
tabat et moriebatur, et misit duci carmen in eius sepulchro incisum.*

*10 epistolas scripsit alius Italus, Horatius Curio, qui ab anno 1557
inter servidores ducis in Prussia numeratur et anno 1558 una cum
aliis Cracoviam legatus missus erat sciscitaturus, si quod fundamen-
tum habere possent domus Brandenburgensis aspirationes ad coro-
nam Regni Poloniae adipiscendam, si Sigismundus Augustus nulla
prole reicta e vita decederet. Epistolis suis significabat duci omnia, tum
quae in Polonia, tum quae in exteris regionibus gerebantur.*

*Horum duorum Italorum epistolae sunt valido supplemento tam
loquacibus ac fere garrulis epistolis Bernardi Pretwicz, qui tamen, in
custodia finium Poloniae orientalium positus, imprimis de Turcis, Tar-
taris, Valachis, de negotiis militaribus, de equis et bobus in Turcia et
in Valachia coemendis et duci mittendis, maximam partem germanice, ra-
rius latine vel polonice, variis usus secretariis, subtilitatem et elegan-
tiam orationis minime curans, ad ducem scribebat. Montius et Curio
in Occidentem et in Europam oculos defixos habent et de eis, quae
ibi geruntur, compte et emendate, latine semper, scribunt.*

*Doctori Brigidae Poschmann pro textuum germanicorum descriptio-
ne iterum non vulgares agimus gratias.*

C.L.

TEXTUS

1549

N. 527.

S.l., s.d. [1549].

Bernardus Pretwicz, capitaneus Barensis,

Alberto in Prussia duci

de Tartarorum in Poloniā incursione; de eisdem Tartaris quinques a se profligatis et de nulla pro eo remuneratione a rege accepta; de desiderio suo post festa Nativitatis ad ducem proficisciendi; de clade Turcis a rege Persarum illata.

Sigill.

H B A, B 4, K.454.

Allergenedtigister fyerst unnd her.

Neu zeyttigung wolt ich E.F.G. gern schreyben, aber jetzt auf tis mal ist nichts vyl verhanten, aber was vier neu zeyitung sein, die due ich E.F.G. zuschreyben, welliche sich zuetragen haben in der zeyt in seiner ku. mt. lanten durch die Tattern, durch den feynt ierer ku. mt., das in der zeyt zwen jung khaysser tatterisch seint mit einem grossen herfolckh in ier ku. mt. lant khumen und wellyche Tattern sein van Spreckhop,¹⁾ und die Tattern, die in ier khunniglicher mayestat lanten sein gewessen, der sein fyertzigtaussent man gewessen. Und darum so hab ich, allerge. fyerst, als palt nach Ostern seiner ku. mt. zu wyssen^{a)} gethan, weyl ich noch das vatter mal die Tattern geschlagen hab gehabt und zu seiner ku. mt. die gefangen geschryckht und noch darnach etlich mal hab zu wyssen gethan, das sein ku. mt. solt mit allen fertig sein gewessen und das entlich sellich folckh verhanten ist, und sye haben denacht myer khain gelauben wellen gewen und haben sein ku. mt. aufgeret:^{b)} Allergenedtigister khinnig, sie haben nuer van destwegen also zu e. ku. mt. geschryben, das sie khain dienst nit haben van e. ku. mt. Und darum, allerge. fyerst, das hat sich jetzt selber angetzaygt, wo ichs gethan hab van des dienst wegen, das ichs seiner ku. mt. zu wissen hab getan, und darum, a. ge. fy., wen sye sein khumen in ierer ku. mt. lannten, so sein sie fyer ein geschloss getzogen, wellichs hayst Khrasylof,²⁾ und so nam ich Got zu einer hylf und mit meynen dienern und mit den reyttern, die zu mier zu einer hylf seint

khumen, und hab^{c)} hymten auf sich geschlaglen^{d)} an einen engen und pessen pach, und von Gotz hylf so hab ich ier fyl nittergeschlagen und auch lebentig gefangen genummen, und alspalt ich sie gefangen hab, so hab ich alspalt die gefangen zu seiner ku. mt. geschyckht, das sein ku. mt. gelauen solt und sich aler sachen grintlichen ervaren, wie fyl ter Tattern sein und auss wellicher ursachen die datterischen khaysser mit ierer ku. mt. khryegen. Aber die gefangen die zaygen mier also an, das das die ursach ist, das die jungen khaüsser auch ein selliche gab haben wellen van seiner ku. mt., wie man ieren vatter, den alten tatterischen khysser sein ku. mt. geben, und sie sagen also: Das wier schon lettig sein van unsern vatter, wier megen dain, was wier wellen, wier sein schon nicht in seiner gewalt. Und die gefangne die sagen noch also, das die Tattern noch mit einem gressern her witter umbwerten solten, und sie haben im felt an der seyten Wyepru³⁾ etlich zehntaussent ross gelassen, auf wellichen rossen sie witerumb khryegen wellen in ierer ku. mt. lanten. Da nun sein ku. mt. alle sachen gryntlich dervaren hat, auss wellicher guetter zeyttung sein ku. mt. genumen hat, darnach, allergenettigster fyerst und her, zum antermal pey Wyerwoftza,⁴⁾ pey einem dorf, hab ich sie auch geschlagen van Gotz hylf und auch etlich lebentig gefangen, und auf das mal so haben sie mier fyl dyener gewunnt und mier fyl ross derschossen. Zum trytten mal hab ich sie geschlagen, a. ge. fy., pey einem geschloss, das da hayst Spremierkhy,⁵⁾ welliches geschloss sie genumen haben und verrent und in wellichen geschloss sie den fyersten Wissnawetzkhy⁶⁾ mit sambt seiner fyerstin genumen haben, und des gemain folck haben sie genumen ein zwaytausent, und der Tattern sein verprunen auf dem geschloss ein 500 oder ein 600, und unser folckh ist auch verprunen ein zwaytausent auf dem geschloss. Zum fyerten mal hab ich mich mit inen geschlagen peye einem dorf, das da hayst Ossohoftza,⁷⁾ und also so hab ich sie nierertz zu rue gelassen, imerzue mit inen gehattert und hab mich inen auch auf vyllen orten sechen lassen, wo ich khain guete stat nit haben khinen megen, das ich auf sie geschlagen het, und so haben sie, a. ge. fy., nit anterst gemaint, es wer ein gross folkh, das im nachzug, wie sie mich auf sellichen orten so offt geschehen haben, und so sein sie, allerge. fyerst, zuruchgezogen und haben den ausslauf nit lassen gen, und darum weyl sie ein selliche folckh gehabt haben, hetten sie megen ein zwaintzigtausent man nemen oder mer, wen ich sie nyt so offt het aufgeweckht. Aber Got der almechtig der hat ein selliche forcht auf sie gelassen, wie sie sich haben umbkhert, das sie also seint geloffen und geflochen, gleychsam wen sie ein geschlagen folckh wer. Zum fynfftten mal hab ich mit inen geschlagen pey eynen geschloss, das da hayst Khrassyllof. Wie sie seint zuruckhgetzogen, da hab ich inen witterumb vyl gefangny abgeschlagen unsers folckh und der Tattern auch nit ein wenig nittergeschlagen, van wellichen ich E.F.G., meinen a. ge. heren, nit also vyl schreyben khan. Aber denichter, wan ich nit wer gewessen also treu und fleysig auf den orten und auf der grannitzen, so henten^{e)} sie vyl geschlessen eingenummen, aber ych hab auf vyl geschlessen meine diener aussgeschickht und einer, welliches die Tattern khumen seint, da seint sie mierent an schatten

van sellichen meinen dienern abgetzogen, und also van Gotz hylf und auss
 seiner getlichen genat, wellich mier geben hat, und auch des gelickh seiner
 ku. mt., das ich selliche geschlosser erhalten hab und sye auss dem lant
 aussgetryben. Nun da sech E.F.G., mein genettigister her, zue was ich
 vyer ein dienst seiner ku. mt. gethan hab myt sellichem khlainen folckh,
 tas ich ein sellyche peschwarung umb ime auf mich und auf meine diener
 und ross ist gewessen, und die diener die lygen jetzt nun gewunt und
 khranckh. Wen ich inen schon gern etwas gab, so hab ich selber nichts,
 darmit ich mich weyter ausshalten mecht. Und darum, a. ge. fy., es wer
 mier nit layt, wen mier sein ku. mt. nuer ein 10 fl. fyer den dienst ge-
 schickht het, den ich jetzt gethan hab. Ich het sie van hertzen gern ange-
 numen van seiner ku. mt., und darum, alege. fy., wyert^{f)} seiner ku. mt.
 gunst nit sein, so mues ich mier umb ein antere stel umbsechen und
 trachten, und ich hab ein Got wel wylon, nach Unsers Heren gepuert zu
 E.F.G., zu meynem a. ge. heren, zu zyechen. Also gering wyl ich mich auf-
 machen und E.F.G. haimsuechen, und wen ich zu E.F.G. khumen wyer,
 so wyl ich weytter E.F.G., meinem genettigen hern, mein mainung anzay-
 gen, was ich im sin hab zu tain, und in dem wyl ich E.F.G. rat anlangen,
 und wover E.F.G. in wyllyn hat, zu seiner ku. mt. zu zyechen, so pyt ich
 E.F.G., meynem a. ge. her, E.F.G. wels mier zy wyssen tain und zueschrey-
 ben, so wyl ich die stunt zu E.F.G. zyechen, und ich pyt E.F.G., meynem
 a. ge. her, das E.F.G. wolet schreyben zu seiner ku. mt., wen E.F.G. wyert
 eygen tyener schickhen^{g)} zu seiner ku. mt. mit mier, dem armisten
 dienen^{d)} E.F.G., das sein ku. mt. mich wöllet mit etwo versechen vier
 den meinen dienst, wen ich hab die Tattern dissen sumer 3 mal gesslagen
 und jetzunter finf mal, und wen ich^{h)} het leyt megen haben ein zway oder
 trey taussent, so het ich Got zu hylf genumen,ⁱ⁾ das ich ein Got wel seiner
 ku. mt. ein guetten tyenst het gethan. Aber, a. ge. f., was solt ich gethan
 haben, weyl ich nyemant gehabt hab, und ich allin^{d)} habs auch mit^{d)} dain
 khinen. Van dem dyrckhischen khaysser^{g)} wel E.F.G. wissen, das im feynt-
 lich pes zueget, wen der khinnig van Perssen^{j)} der hant ym vyl folckh
 dersslagen nun schon zum antermal, und das wel der almechtig Got, das
 im also zuegieng wie jetzt jar, das er sich nit witter zuruckh umbkheret
 und dort ersslagen wuerte mit allem folckh, und das Got das gelyckh gab
 dem khinig van Persen...

A. z. E.F.G.
 wylliger tyener

Bernart Pretwitz
 hauptman auf Par und Scharaffkhy.

- a) *sequitur superfluum:* hab
- b) *sequitur expunctum:* Ey
- c) *sequitur expunctum:* auf
- d) *sic.*
- e) *sic, legendum est:* hetten
- f) *in ms.:* wier
- g) *sequitur superfluum:* wiert
- h) *supra lineam.*
- i) *lectio incerta ob maculam.*

- 1) *Perekop.*
- 2) *Krasilow.*
- 3) *Borysthenes (Dniepr)?.*
- 4) ?
- 5) *Peremirka.*
- 6) *Wiśniowiecki (Theodorus)?.*
- 7) *Ożohowee.*
- 8) *Solimanus II.*
- 9) *Tahmasp I Sophi.*

s.l., s.d. [1548-1549].

Ludovicus Montius Mutinensis

Alberto in Prussia duci

de nuntiis terrestribus matrimonio regis [cum Barbara Radziwill] adversantibus, proceribus autem assentientibus.

Sigill.

H B A, B 4, K.454.

Illustrissime Princeps etc.

Postquam a me Illustrissimae Dominationi Vestrae significata fuere ea, quae mihi tunc visa sunt significanda, nihil est aliud in his consiliis actum, nisi de hoc matrimonio. Res eo deducta est, ut omnes Principes moti tanta Maiestatis Suae constantia pariter et molestia, qua ab his nuntiis afficitur, nuntiis aperte dixerunt sese esse contentos Maiestatem Suam non affligi amplius simili de re, et rogarunt nuntios, ut ipsi quoque acquiescerent huic suae sententiae et voluntati. At nuntii adhuc persistunt et multa mala proferunt in Principes, tanquam consentientes contra libertatem eorum, immo ei adversantes, et volebant abire, ut referrent ista omnia fratribus. Impetratum tamen ab eis, ut non descendant nisi post diem lunae proxime futura,^{z)} quae ab omnibus expectatur. Utinam foelix accidat! Ego tamen coniectura duco rem ita esse de hoc eventuram, ut et de Principibus, qui quoque prius videbantur adversari, nunc autem conveniunt nutui regio. Deus tamen Optimus Maximus ea permittet sequi, quae nobis salubriora cognoverit solus. Ab Oratore tamen suo, diligentissimo homine pariter et sapientissimo, coetera melius percepit et plenius.

Has meas ad Illustrissimum nepotem,¹⁾ quanto citius fieri poterit, suplex oro Illustrissimam et Excellentissimam Dominationem Vestram, ut curet fideliter transmitti. Et si postea meum hic fuerit aliqua in re inseruire, ea certo teneat me id maxime cupere. Si id experta fuerit, re ipsa certius noverit Illustrissima et Excellentissima Dominatio Vestra, quam Deus Optimus Maximus diu foelicissimam conservet, supplex oro et cupio omnia eidem foelicissima meque iterum atque iterum eius gratiae commendando. Vale diu foelicissime, Patrone Clementissime.

Illustrissimae et Excellentissimae Dominationis Vestrae
obligatus servus
Lodovicus Montius Mutinensis, Italus.

^{z)} sic in ms.

¹⁾ Albertus Alcibiades.

*Bernardus Pretwicz, capitaneus Barensis,
Alberto in Prussia duci*

*per servitorem suum Ioannem Heiden Frydrychowski aliquot equos et
duos Tartaros captivos dono mittit; significat de equorum ex Turcia
evectione ad tempus vetita; de summa pecuniae sibi a palatina Russiae
nondum persoluta et de arce Zińków nondum empta; de se ipso duci
in auxilium venire parato.*

Sigill.

H B A, B 4, K.454.

Erleychter, hochgeborner, mein allergenedtigister fyerst etc.

Darneben, mein allergenedtigister fyerst und herr, ich schickh zu E.F.G. meinen diener, den Hannss Haytten, zu E.F.G., meines allergenedtigisten herrn, gesunt zu pesuechen, wellich den der ebig und barmhertzig giettig Got E.F.G. wolt verleychen auf ein lange und ebige zeyt, darneben main entschulttigung durch mein schreyben und durch meinen diener E.F.G. due anzaygen, das ich durch ein selliche lanne zeyt zu E.F.G. nit geschryben hab. Das ist, allerge. fyerst, die ursachen: das ist die erst, das ist der gaul, den ich E.F.G. schon zway jar gehalten hab, den ich E.F.G. lengst solt geschyckt haben, der dan, allergenedtigister fyerst, antterthalb jar die fyl khranckhayt gehabt hat, das im auss allen fyeren schanckheln gerunen ist, dreymal nach einanter aufgehert und wytter angeheben, pis im jetzunder gar auss dem grunt wytterum vergangen ist, und alle khranckait auss im ist ausgangen, wy es den, allerge. fyerst, die art ist der ross, das sye sich nicht recht stellen, pis das acht jar aussgen und pis in das neynt, und dem ross ist, allerge. fyerst, jetzunder sex jar, und es wyert in das sybent jar gen, wellyches ich den E.F.G. schyckh durch meinen diener, den Haytten, und ich bit E.F.G., meynen allerge. hern, E.F.G.. wels van mier als van dem ermisten diener E.F.G. genedtiglich annemen. Ich hab, allerge. fyerst, so vyl unnbyllen gekhryegt van meinem genetigen heren, dem khinnig, und van fyllen herren in der Khran van des ross wegen, wie wol das ist die ursach gewessen, das des ross khranck ist gewessen und das ich auch meinem genedtigen hern, dem khinnig, und denen andtern heren angezaygt hab, das ich E.F.G., meinem allerge. hern, zugesagt hab, den ich wais, allerge. fyerst, das es wert ist unndter E.F.G. leyb, und es ist mier auch nimer mer khain golt^{a)} noch sylber so lyeb nicht, den die genat E.F.G., meines allerge. hern, die ich den wyl, weyl ich leb, umb E.F.G. vertienen und vergelitten wyl umb E.F.G. Ich schickh auch E.F.G. einen rapen, der da ist der drefflichen und starckhen und guetten art, er ist van sellicher art, wen man im schon in zwayen tagen und nachten khain fuetter nit gybt und auch schon nit drenckht, so schatz im nichts.

Den, allerge. fyerst, in den lanten, da sie seynt, da sein sie nit gewont der grossen zaum, allain nuer der geschlechten, wie man auf die wetlauffer legt, und darumb E.F.G. wel selliche zaum suechen lassen, damit es sych zaumen lyes. Der jung gaul, der fux, der ungeschnitten ist, den mues E.F.G. erst mustern lassen unnder E.F.G. leyb, wye in E.F.G. haben wyl, wen er ist noch ungemustert und jung, und darum so mues E.^{b)} F.G. ein guetten reytter darzue stellen, der in wyert wissen abzurychten under E.F.G. leyb. Sie seynt, allerge. fy., nit subtyl mit den dinen pain, aber E.F.G. wyert wol in einem khyrres megen darauf sitzen. Ich schyckh auch E.F.G. des roses art ein tyrckhische feltin, darvan man selliche ross pflegt zu zyechen. Ich schyckh auch E.F.G. aufs waytwerg meinen gresten lyehaber, den da ich mich verseche, das in ein Got wel E.F.G. lyeb wyert haben. Ich schickh auch E.F.G. darneben zwen gefangne Tattern, mentlich und waytlich, guete gesellen und drefflich guet schytzen, da den sie E.F.G., wo es sich etwas anheben wuerte, gern umb sich haben wuerte, den sye seynt der mentlichen gesellen payte. Sie geben auch, allerge. fyerst, ein guetten abkhauf fyer sich, aber das wel Got nicht, das man sie auf ein abkhauf geben solt, den lyeber ist mier E.F.G., meines allergenedtigisten hern, genat den ierundt ein abkhauf. Ob die geschenckh khlain seynt, die ich E.F.G., meinem allerge. hern, schyckh pey dissem meinen dienner, dem Haytten, es seint so khlain, als sie wellen, so pyt ich E.F.G., meinen allerge. hern, E.F.G. wels van mier als van dem ermisten diener E.F.G. genettiglich annemen. Und das ist die jertung, allerge. fyerst, das ich so lang nit zu E.F.G. geschyckht hab des ros halben. Das ist die anter ursach, das ich die ros, darauf mier E.F.G. gelt geschyckht haben, nit hab khinen haben, den es hat mier mein diener auss der Tyrckhey geschryben, das der dyrckhisch khaysser¹⁾ verpotten hat in allen seinen lanten, das man khain gryntlich ross herauss solt lassen gen, pis das er zuruckkhumbt. Da ich mich den alle stunt versyech, das mein diener herauss solt khumen, und alspalt er khumbt und was fier ein sach wyert zu heren sein, das wyl ich die stunt abfertigen zu E.F.G.

Was sunst fyer neu zeyttigung seint van dem dyrckhischen khaysser, die schyckh ich E.F.G. auf einer zetl^{a)} geschryben, und das ist die ander ursach, mein genedtigister fyerst. Die dryte das ist, das ich das gelt, das mier E.F.G. gelychen haben, die zwaytaussent gulten, noch nich entpfangen hab, und Got wais, allerge. fyerst, was mich die rayssen khosten, das ich das jar mer den zwaintzig mal darnach geschickht hab etc. (*omittitur*).

Den wye ich versorgung hab auf sy van meinem genettigen heren, den khinig, das wyert E.F.G. mein diener, der Hayt, anzaygen, wie ich versorgt pin, wormit ich sye ausshalten solt, solt ich sie van einander lassen, die pey mier van jungent auf erzogent sein. Das khan ich nit dain, wie ich den meinem diener pevolhen hab, mit E.F.G. etlich sachen zu handln und zu einem grunt stellen, welliche sachen ich pit, E.F.G. welle in genetlich aussheren, den die andern diener, die ich hab zu derjenigen zeyt aufgenommen,^{c)} wy mier E.F.G. geschryben haben, die hab ich nit van einander khinnen lassen, wen ich erkhet hab, das sie erber und aufretlich manter seynt und die ich noch pis zu der stunt pey mier hab.

Und darum so pyt ich E.F.G., meinen allergenedtgysten hern, E.F.G. wel
 miers zu wissen dain, was mier daugt zu wissen, was sich E.F.G. auf sich
 versiecht, den, mein allerge. fyerst, ich wolt mich gern also lassen fynten,
 wyes einen frumen unnd retlichen und dreuen diener E.F.G. zuegehert,
 wofer etwas sein wiert auf E.F.G., den wen ich west, das auf E.F.G. etwas
 sein wuerte, so wolt ich noch die diener nit van einander lassen, den
 Got wais, allerge. fyerst, was durchs jar auf sye zuegehert. E.F.G. moge
 wol versten, mein genedtiger her, allain, allerge. fy., hab ichts toch nuer
 allain van Got und van E.F.G., und ich wyl ein Got wel wytterumb daran
 streckhen mit meinem hals wytter jeckhlichen feynt E.F.G., wen ich khan
 die genat, die ich van E.F.G. erkhet hab, van meinem allerge. heren, die
 khan ich, weyl ich leb, nit witterumb vertyennen. Den ich wolt mich auhc,
 allerge. fyerst, hye in den lanten nit geren lassen fynten auf jenny zeyt,
 da Got vor sey, wen etwas auf E.F.G., auf meinem allerge. hern, khumen
 solt, so wolt ich gern etlich manet vor der zeyt pey E.F.G. sein mitsambt
 dem weyb und alles dem, was ich hab, den was ich, allerge. fy., hie hab,
 das nemen sie myer die stunt, do syes erfahren. Aber ich frag, a. ge. fy.,
 nichts darnach, den die zway geschloss, die ich hie hab, Scharafkhy und
 Sinkhoff, das ich den nuer hab allain van Got und van E.F.G., das khinen
 sie mier nyt nemen, und ich frag, allerge. fyerst, nit vyl darnach, das man
 was nutz darvan haben solt, denichter das man E.F.G. wyert megen was
 ausskhauffen. Sunst ist der nutz khlain hye und das einkhumen darvan.
 Es lygt, a. ge. fyerst, an der wallachischen grannitzen. Da mag mans welf-
 fler khauffen den anterstwo, als was van netten sein wiert E.F.G., und
 im dem, a. ge. fy., Got wais, wie es sich weytter hye wyert umbwenten.
 Den es get nit recht hye zue, wie den E.F.G. weytter auss disser zetl ver-
 sten wyerdt. Und darum pit ich E.F.G., meinen allergenedtgisten her,
 E.F.G. wel dissen meinen diener gelauben geben in aller sachan, was er
 E.F.G. van meynentwegen anzaygen wiert, und was, a. ge. fy., Sinkhoff
 pelangt, das pit ich E.F.G., meinen al. ge. hern, E.F.G. wel darzue heiffen,
 wiertz doch nuer als in E.F.G. hentten sein, Sinkhoff und ich, und die
 einweyssung die wyert doch auf E.F.G. sein und nicht auf mich, wie den
 E.F.G. weytter van dissemm meynem diener, dem Haytten, versten wertet.
 Was disse zetl pelangt, ich pyt E.F.G., meinen a. ge. hern, E.F.G. wels nie-
 mant anters lessan lassen, und darum wyl ich E.F.G., meinen allergenedti-
 gisten hern, gepetten haben, E.F.G. wel mein genetiger her sein und
 pleyben... Dattum in Par am ersten Ertag nach der heylligen Dray Khinnig
 tag im 1549 jar.

E.F.G.
 alzeyt wylliger diener
 Bernhart Pretwitz,
 hauptmann auf Par und Scharaffkhy.

a) *in ms. got*

b) *sequitur superfluum: E*

c) *sequitur superfluum: hab*

d) *in ms. bis scriptum.*

1) *Solimanus II.*

*) *deest.*

N. 530.

Varsaviae, 14.I.1549.

*Martinus Gralewski, camerae salis Varsaviensis notarius,
Alberto in Prussia duci
tria vasa aerea (alias vanny), sartaginem aeream (alias panew ad bal-
neas), ollam aeream cum canali (alias z rurę), duas urnas aereas (alias
skopcze) et sartaginem aeream ad exsiccandas vestes duci mittit.
(Latine)*

Sigill.

H B A, B 4, K.454.

N. 531.

Petricoviae, 20.I.1549.

Ludovicus Montius Mutinensis

Alberto in Prussia duci

*de principis Hispaniarum [Philippi] die 25.XI.1548. magno comitatu Ia-
nuam adventu; de Maximiliani archiducis matrimonio [cum Maria fi-
lia Caroli V] et de eius Mediolanum profectione; de nuntiis ducis
Pomeraniae, absentiam domini sui in funere regis senioris excusanti-
bus; de regina [Barbara] mox coronanda etc.*

Sigill.

H B A, B 4, K.454.

Illustrissime et Excellentissime Princeps etc.

Superioribus meis literis, quicquid mihi tunc occurrebat significantum, significavi. Nunc autem id accedit, quod pro certo mihi significant ex Italia: Principem Hispaniarum die Sanctae Catherinae proxime elapsae primum appulisse Ianuae secumque advexit octingentos milites Hispanos ac ducenta millia ducatorum extraxisse ex Hispanis maximumque nobilissimorum virorum concomitatum; et Maximilianum consumasse matrimonium cum Principessa sorore, annuentibus omnibus Principibus Hispanis. Quae res ita fuit acceptissima parentibus eorum, ut dono dederint cubiculario Illustrissimi et Reverendissimi Domini mei, Cardinalis Tridentini,¹⁾ adferenti nuntium utrisque, alter eorum mille aureos et alter quingentos. Mediolani civitas ipsa imposuit ducenta millia ducatorum, ut honorificentissime eum accipient, iamque eo erat Ianua consensurus. Principes fere omnes Italici maximis comitatibus Mediolanum proficiscebantur. Adhuc tamen Pontifex Romanus²⁾ nullum eo dimmittebat ex suis. Placentiae quoque parabant pro eius illuc adventu et Mantuae. Imperator, ut fertur, eum expectabit Bruxellae, ubi grandem exigit pecuniam ab omni illa Inferiori Germania: tres scilicet milliones. Apud eum advenerat soror

Leonora, olim Regina Galliae, ut ageret composito cum ipso Caesare et de matrimonio sororis³⁾ Regis Gallorum.⁴⁾ Qui Rex Gallorum cum maximam imposuisset subditis pecuniae summam, maximos ibi in toto Regno exsuscitaverat tumultus ita, ut fuerit coactus lenius secum agere. Maximam tamen persolvunt pecuiae summam, non tamen impositionis iure. Haec ex Italia.

Hic autem habemus nuntios ex Pomerania, qui agunt cum Maiestate de conditionibus auxiliariis et excusant Principem⁵⁾ eorum eo, quod non contulerit se ad funus regium. Maiestas Sua adhuc nihil respondit. Cum male habeat, nam ex casu ex equo pes illius laesus intumuerat, at ex medicamentis restrictivis fluxus descendens altiora, id est coxas reddidit aliquantulum scabiosas. Ex scabie fortasse febricula, quam brevi cessaturam spero. Postea petemus Cracoviam, ubi creditur coronaturam Reginam,⁶⁾ cum sit Maiestatis Regiae Regem honoribus debitibus afficere coniugem. Ibi ero paratus ad mandata Illustrissimi et Excellentissimi Domini mei, gratiae cuius me iterum atque iterum commendo. Piothrcoviae, die XX^o Januarii 1549.

Illustrissimae et Excellentissimae Dominationis
Vestrae
obligatus servus
Lodovicus Montius Mutinensis, Italus.

1) *Christophorus Madruzzo.*

4) *Henricus II.*

2) *Paulus III.*

5) *Barnim IX.*

3) *Margarita.*

6) *Barbara.*

N. 532.

s.l., s.d. [ante 17.II.1549].

*Bernardus Pretwicz, capitaneus Barensis,
Alberto in Prussia duci
de bello imperatoris Turcarum cum rege Persarum; de foedere inter re-
gem Persarum et imperatorem Carolum V contra Turcas inito, a Ca-
rolo non servato.*

Sigill.

H B A, B 4, K.454.

Serenissime Princeps etc.

Quod attinet ad novitates de bello inter Cesarem Turcarum¹⁾ ex una parte et Zophi, Regem Persarum,²⁾ ex alia, hac estate preterita gesto, quod quidem bellum Rex Persarum suscepit cum Cesare Turcarum fretus contractu ac federe, quod initum cum Cesare Carolo in hunc videlicet modum, quod si Turcicus vellet invadere Regnum Persicum, tunc Cesar Chri-

stianorum ex eodem pacto et federe tenetur irruptionem facere in regiones subiectas Cesari Turcarum, et vicissim, si is tirannus invasisset Regna et dominia Principum Christianorum, tum Rex Persarum debuit expeditiōnem facere et movere in eundem tirannum ac ipsius regiones. Cum autem Cesar Turcarum invasit Regnum Persicum, tum Cesar Carolus pacti et federis sui oblitus est, Rex autem Persarum ab eo deceptus est, nam in spem federis eius et contracti bellum cum eo suscepit, cui vires sue sufficere non possunt.

Nam cum Cesar Turcarum venit cum sua magna potēcia et validitate et inaudita multitudine militum et camellorum in terram huius Regis Persarum, obsedit civitatem eius dictam Van, quas sue dicioni subiugavit. Qua subiugata et actepta, transiit usque in eius sedem, que dicitur Thauris, civitas magna et opulenta, quam vi expugnavit et vastavit. Rex autem Persarum nullo pacto voluit cum eo acie congregi propter ingentem vim bombardarum ac tormentorum, quibus Cesar Turcarum ubique pugnat et vicit, nam Persa talibus iaculis non utitur. Sed invadente hoc immanissimo hoste in eius terram, ex alia autem parte ille Cesaris regiones irrupit, quas ingenti clade affecit ac devastavit.

Expugnante autem Cesare Turcarum eius terram, magna pestilencia orta est in exercitu eius, fere ut una nocte decem milia militum succubuerent. Reliquis autem diebus sine intermissione semper decubuerunt et coruerunt. Qua orta et dominata, fames illi socia iuncta, ita ut uni hominum aut militum peste, alii autem fame periere et decidere. Equi autem eorum simili modo, nam commeatus uno²⁾ equo pro die sex aureis solvabantur. Cesar autem, cognita pestis sevicia victuique²⁾ parcimonia ac insufficiencia, movit exercitus in dominia sua. Rege autem Persarum tum ingrediente suum Regnum et revertente de eius regionibus, magna ex parte vastatis et depopulatis, cognito Cesarem suos exercitus movisse de Regno eius, mox cum suis exercitibus suaque machinacione insecurus est eum, permitensque illum venire inter arcta et angusta loca, nocte irruit in eius castra, ubi prostravit et conflixit septem Sandiacos cum suis exercitibus. Quibus prostratis et profligatis, retrocessit.

Porro quid actum fuit in posteriore^{a)} acie exercitus Turcici,^{b)} prima pars ignorabat propter ingentem populi multitudinem ac locorum distanciam. Dignetur itaque Vestra Illustrissima Celsitudo scire, quod Cesari Turcarum, tam peste quam fame, tum ectiam bello, prostrati sunt et coruerunt trecenta milia hominum bellatorum. Nam erant ei milites noningenta milia. Morante autem Cesare Turcarum post hanc stragem et volente iterum invadere terram, totus eius exercitus cepit eum rogare, quatenus possit ad sua remeare. Quod ille, magis urgente necessitate, fame ac peste quoque et strage compulsus,^{c)} quam precibus militum, fecit. Sed^{d)} interim dimitens exercitus suos, atrociter et severe mandavit, ut unusquisque fortiter pararet cum omni apparatu bellico et etiam omni commeatu; post tres autem menses, ut omnes ad eum congregarentur in terram dictam Charahimbiam,³⁾ in qua castra metavit ad hiemandum. De qua in estate

futura progredi decrevit ad expugnandum et expellendum hunc Regem Persarum. Nam illi animus est terram eius posidendi et expugnandi, et quo facilius illi sese populus dederet, nulla damna inferi permisit, sed precio omnia emit.

- a) *in ms. posteriora*
b) *sequitur verbum expunctum.*
c) *sequitur expunctum: magis*
d) *expunctum: ectiam*

- z) *sic in ms.*
1) *Solimanus II.*
2) *Tahmasp I Sophi.*
3) ?

N. 533.

Cracoviae, 5.IV.1549.

Ludovicus Montius Mutinensis

Alberto in Prussia duci

*de expectato Ioannis Leśniewski Augusta adventu; de adventu nuntiorum
duorum ducum Radziwiłł: fratris reginae Barbarae [Nicolai « Rūfi »]
et marsalci Lithuaniae [Nicolai « Nigri »]; aliqua nova ex Italia.*

Sigill.

H B A, B 4, K.454.

Illustrissime et Excellentissime Princeps etc.

Etsi nihil novi sit dignum, quod significem ei, praesertim de eis negotiis, de quibus ego alias particeps fui, etsi indigne, tamen fide et amore semper omnia egi et in futurum quoque idem ero Illustrissimis Dominis meis. Ab Augustano¹⁾ expectatur in dies Dominus Lesignowsky,²⁾ qui utinam bonis avibus cito perveniat. Tamen^{a)} cum re ipsa parum satisfaciam mihi ipsi in serviendo (ut debo) Illustrissimae et Excellentissimae Dominationi Vestrae, verbo saltem conabor indicare animum meum erga eam maxime promptum eique ea, quae novi accepi, his meis significabo.

Ex Lithuania advenero nuntii, alter a Domino Ragivillo,³⁾ fratre Serenissimae uxoris Regis Domini mei, alter a Domino Marasciallo⁴⁾ ad Maiestatem Suam, et uterque eorum petit a Maiestate Sua palatinatum Trochensem ob mortem Palatini illius.⁵⁾

A Reverendissimo Oratore ex Transilvania⁶⁾ nihil adhuc est acceptum, neque a Reverendissimo Hosio, qui adhuc Praghae agit cum Serenissimo Ferdinando,^{b)} hicque eius responsum expectat Langhus, Orator Serenissimi Ferdinandi. Utinam sit pro voto!

Dominus Alfonsus Gualanghus,⁷⁾ Italus, heri consceddit a Serenissima matre⁸⁾ Serenissimi Regis, dimissus ad Maiestatem Cesaream,⁹⁾ ut gratuletur adventum Principis Hispaniarum¹⁰⁾ et donet nonnullis Principibus, ac tandem a Caesare habeat literas authenticas, si quando hinc sit abitura in Italiam, ut tuto annuente Caesare ac libere liceat.

Ex Italia vero: Senis imperiales trucidavere nonnullos factionis Gal-

licae, et Imperator munivit eam praesidiis suis ac mandavit illico extrui arcem, uti olim Florentiae.

Venetiis existens valentissimus Dux de Ferandina,¹¹⁾ in Regno Neapolitano sita, qui erat Praefectus equitum Caesaris in bellis peractis ab eoque amatus, cum personatus ageret choreas in domo nobilissimi Veneti, cum quo cum a Duce a verbis ventum fuisse ad arma, servus illius Veneti miserabiliter eum ense confixit. Itaque valentissimus iuvenis Princeps diem suum obiit miserabiliter. Itaque^{c)} cum velim comicus esse, cogor tamen tragicus. Vale, mi Maecenas Optime, diu foelicissime, Montii servi memor. Cracoviae, die V^o Aprilis 1549.

Illustrissimae et Excellentissimae Dominationis Vestrae
obligatus servus
Lodovicus Montius Italus.

In margine: Hora vespertina est relatum rediisse Oratorem a Moscova cum induciis per quinquennium.

- | | |
|----------------------------------|---|
| a) sequitur expunctum: ut | 5) Janussius Dubrowiecki Holszański. |
| b) in margine. | 6) Andreas Zebrzydowski, ep. Cuiaviensis. |
| c) sequitur expunctum: a me | 7) recte: Gualandi. |
| 1) Otto Truchsess a Waldburg. | 8) Bona. |
| 2) Ioannes Leśniewski. | 9) Carolus V. |
| 3) Nicolaus Radziwill « Rufus ». | 10) Philippus, filius Caroli V. |
| 4) Nicolaus Radziwill « Niger ». | 11) ?. |

N. 534.

Cracoviae, 15.IV.1549.

Ludovicus Montius Mutinensis
Alberto in Prussia duci
una cum nuntio a rege misso Romam projecturus rogat, an sibi dux ali-
quid committere velit.

Sigill.

H B A, B 4, K.454.

Illustrissime Princeps etc.

Cum iam obsignasse fasciculum harum mearum Magnificoque Domino Assuero suo tradidisse, ut illum transmitteret ad Illustrissimam et Excellentissimam Dominationem Vestram, et absque eo nuntius ab eo istuc discessit, putavi haec ei addere, quod Maiestas Sua est transmissura brevi oratorem Romanum et me etiam una cum eo.¹⁾ Hoc nolui omnino latere Illustrissimam et Excellentissimam Dominationem Vestram, pro qua si sibi videatur me posse efficere aliquid in Italia, ut non recuset mandare mihi maiorem in modum cupienti satisfacere tantis officiis, quantis ego munificentiae eius teneor, et quia iter nostrum recta erit per Ferrara-

riam, recordabor ibi de eis, quae alias secum communicabam. Utinam ita re ipsa possem ea praestare, quae scio a me ei debita et quae maxime vellem. Vale diu foelicissime, mi Maecenas optime, Montii servi memor.
Cracovia, ad XV Aprilis MDXLIX.

Illustrissimae et Excellentissimae Dominationis Vestrae
humilis et obligatus servus
Lodovicus Montius Mutinensis, Italus.

1) *Non constat nobis Montium anno 1549 in Italiam projectum esse.*

N. 535.

Cracoviae, 5.VI.1549.

Ludovicus Montius Mutinensis

Alberto in Prussia duci

de scissione religionis Mahometanae in Africa; de regno Maroccano a quodam Serif (vel Zirapha) expugnato; de eodem Serif Hispaniae etiam minante; de Andreae Doria contra piratas ex mandato imperatoris expeditione; de publicis ludis hastatorum equitum a rege Galliae indictis; de seditione scholarium Cracoviensium contra canonicum Andream Czarnkowski tumultuantium.

Sigill.

H B A, B 4, K.454.

Illustrissime et Excellentissime Princeps etc.

Maxime dolui, quod me nesciente Dominus Assuerus¹⁾ hinc ad Illustrissimam Dominationem Vestram concenderit, a cuius discessu haec mihi videntur significanda.

Ex Italia significant, quod ex Africa pro certo habetur pauperrimum hominem, ex Fes civitate oriundum, habuisse binos filios, ex quibus alterum ab astronomis sibi praedictum et signatum in facie futurum maximum virum ac ingentis autoritatis, quosque pater curavit, ut vacarent literis, praesertim Maometanae religionis. Itaque alter eorum brevi est effectus peritissimus, ut publice profiteretur ac praedicaret nonnulla etiam contra eorum religionem. Ex cuius praedicatione divisa est ea civitas, et praesertim cum scirent eum esse oriunda²⁾ ex Linea Maumeti, et pars eorum adversabantur eius praedicationi, pars vero partes eius tuebantur. Itaque effectum, ut brevi quoque illae²⁾ religionis causa^{a)} civitates omnes dividerentur, et faventes ei eum ducem eorum sectae appellarent. Et tandem expugnavit arcem munitissimam indiesque eius secta ita augebatur

continua eius praedicatione, ut sit ausus firmare obsidione munitissimam urbem in eo Regno Maroc, quam vi nunquam fuisse expugnaturus, ni fortuna, quae omnino arridebatur ei, voluisse eum extollere omni eius vi. Itaque est effectum, ut civitas obsidione firmata peste prorsus civibus fere omnibus fuerit miserabiliter privata, qua nullo penitus stricto gladio Serif (qui ita nominatur) potitus fuerit, multis adeptis cum divitiis, tum rebus necessariis ad expeditionem bellicam. Brevique armis et praedicatione adeptus est totum Regnum Maroc, postea etiam Lusitaniae nonnulla oppida. Et ex Gallia admonent eundem esse tali apparatu militum, ut minetur Hispaniis. Quod si ita se haberet, Caesari²⁾ non decesset cura.

Princeps Doria omnibus triremibus, tam Regni Neapolitani quam religionis Rhodi, profectus est prope Syrtes, ubi sunt insulae illae Alberges, cum Caesaris mandato, ut data opera expugnet oppida quaedam ac castella munitissima, in quibus munivere se nonnulli piratae, qui nostris navibus multa iandiu mala effecere et triremem eam anno elapso in mari eo coepere religionis Rhodi.

Rex Gallorum³⁾ nuper prime conduxit Draut⁴⁾ Rais, egregium eum piratam, qui habet triginta vela, et qui Gallus indixit in curia Caesaris et in Italia publicos ludos astatorum equitum, et victori, si voluerit ducere uxorem, pollicetur et iam constituit iuvenculam una cum dotibus in tot bonis stabilibus redditus singulis annis trium millia ducatorum. Et equitibus eo proficiscentibus, ut experiantur ea praeludia, profitetur certa fide se acturum, ut libere et tuto habeant profectionem et redditum, necnon expensam et dona, uti decebit. Festa haec incipient die Sancti Spiritus et continue per mensem celebribuntur Parisiis, quam nunc primum ab eius creatione et consecratione solemniter intrat.

Hinc omnes scolares abierunt ita tumultuose, ut solet fieri in Universitatibus, neque voluerunt expectare, quidnam decerneretur iure medio. Nam Maiestas Sua mandarat Reverendissimo Cracoviensi,⁵⁾ ut administraret ius, cum adversus Zarnkowsky⁶⁾ Canonicum esset eorum accusatio, qui defendebat se, neque expectarunt sententiam diffinitivam. Aiunt enim violata esse eorum privilegia hicque amplius nolle commorari. At Maiestas Sua iterum suscepit causam in se mandavitque Zarnkowsky, ut exhiberet servos eius omnes carceri. Itaque est effectum et Maiestas Sua animadvertiset severiter in homicidas, ut decet, et violata privilegia renovabit. Et fiet ius, pereat deinde mundus.

Ego, qui maxime omnia faveo Illustrissimae Dominationi Vestrae et oro foelicissima, audebo recordari, quod cum imitamur recta aliorum vestigia ac tempori adhaeremus...^{b)}

a) *supra lineam.*

2) *Carolus V.*

b) *conclusio in Archivo deest.*

3) *Henricus II.*

z) *sic in ms.*

4) *vel Dragut.*

1) *Assuerus Brandt, capitaneus Tapiensis, orator ducis Alberti.*

5) *Samuel Maciejowski.*

6) *Andreas Czarnkowski.*

Bar, 13.VII.1549.

*Bernardus Pretwicz, capitaneus Barensis,
Alberto in Prussia duci
de equis Turcicis et bobus coemendis; de rege in se (Bernardum Pretwicz)
non bene animato neque ullum stipendium solvere volente; de arce
Zińkow nondum empta.
(Postscriptum: nova de bello cum Turcis).*

Sigill.

H B A, B 4, K.454.

Allerturchleychtigister, hochgeberner, mein allergenedtigister fierst etc.
Darneben schyckh ich zu E.F.G. meynen jungen, zuvoran E.F.G., meynen allergenettigisten heren gesundt zu varen und dem genuech zu thain,
E.F.G., meines allerge. her, pefelch durch schickhung der hyersenherner,
welliche E.F.G., mein a. ge. her, mier armen diener pefolchen hat, E.F.G.
zu schyckhen, wellyche ich pit, das E.F.G. van mier, armen diener E.F.G.,
genetichlich wel aufnemen.

Was mier E.F.G. geschryben haben der ross wegen, is tas, was mer
khumen solt des gelz auf die ross, auf welliche mier E.F.G. geschyckht hat
das gelt, all. ge. fyerst, ich hab E.F.G. die ross umb khain gelt nit ge-
schyckht und auch die tyrckhisch stuetten, allain E.F.G., meynem a. ge.
hern, zu einer khlainen vererung, welliche ich pit, E.F.G. wolletz van mier
armen diener E.F.G. genettiglich annemen als van dem armisten diener
E.F.G. Was da, genettigister fyerst, pelangt die khranckhait der ross, hab
ichs doch E.F.G., meinem ge. hern, in meynem vorigen schreyben ange-
tzaygt, das die fyl khranckhayt gehabt hat.

Was, genedtigister fyerst, antrifft die ross, darauf myer E.F.G. das
gelt geschyckht hat, das ichs E.F.G. so lang nit geschyckht hab, das ist
khain antere ursachen, allain das, das der dyrckhisch khaysser¹⁾ hat ange-
heben zu khryegen mit dem khinnig van Perssen.²⁾ Da hat man pis zu
derselbigen zeyt herauss auss demselbigen lant khain ross nit lassen
heraussgen und dasselbig lant zuegeschlossen, wen das sie selber selliche
ross petyrffen, wen des vergangen jar seint inen vyl ross tot gelegen in
demselbigen lant, und wies, g. fyerst, dem tyrckhischen khaysser get in
demselbigen lant, das wiert E.F.G. wol vernemen auss der zetl, aber das
wolt der almechtig Got geben, das er zuruckh selber nit witter herauss
kham; das die khristen ein rue vor im haben mechtten.

Was da pelangt, a. ge. fy., der oxen halben, welliche ich E.F.G. des
jar schyckhen solt, das ich ier nit mag schyckhen so vyl, als mier E.F.G.
pefolhen haben zu schyckhen. Dem khan ich nit genueg tain van wegen
seiner ku. mt. ungunst, die ich jetzt hab von seiner ku. mt., wan ich hab
des jar garkhain gab oder pesoltung nit gehabt hab van seiner ku. mt.
auf die dienner. Derhalben hab ich myessen so vyl auf sie auflegen, hab
ich wellen, das ich sie pey einander pehalten hab und das ich sie so lang
aufhalt, nit also vyl auf seiner ku. mt. nottuerfft, van wellicher ich mich

selber so lang nit mer mag aufhalten, allain nuer van E.F.G., van meynes a. ge. her, wegen, welliches dan der almechtig Got nit wel geben, das sych jerent ein auflauf solt anheben mit E.F.G. Aber das wolt mier der almechtig Got geben, das ich E.F.G. sachen an ein guetz art pringen mecht und in guetten fryt und ainikhayt leben mecht. Solliches wer mier als dem armisten diener E.F.G. van Got ein sundere gross freyt zu heren. Is den, a. ge. fy. und her, das was sein solt jerent ein unruer über E.F.G., wie ich den vor E.F.G., meinem genedtigisten her, zuegesagt hab, und dem wyl ich ein Got wel genuech tain, und ich wyl ein Got wel meinen halss dreulychen doran streckhen witter einen jeckhlychen feynt E.F.G., meines allerge. hern, zu derselbigen zeyt, was not wyert sein, und wen mier das der almechtig Got geben wolt, das ich das mecht heren, das E.F.G., meines allerge. heren, sachen an ein guetz art kham und in guetten fryt und ainikhayt lebet und wan nun E.F.G. die sach al an ein art stellet mit einem jellychen feynt, der witter E.F.G. ist, so mecht ich dester pesser E.F.G., meinem a. ge. h., petzallen, was ich E.F.G. schultig pin und E.F.G. dreulichen tanckhen umb die grosse genat, die ich van E.F.G., van meynem allerge. hern, hab. Die khan ich nimer mer vertiennen, aber das wiert der almechtig Got E.F.G. petzallen, und er wiertz E.F.G. mit seinen gotlichen genatten witterum vergelten.

Nun so mues ich, ge. fyerst und her, seiner ku. mt. den dienst auf sagen und mues mier einen anteren heren suechen mytsambt denen guetten ritterssinen, die jetz noch pey mier seyt, nit allain van deswegen, das ich inen fyl geben solt, allain nuer van der grossen lyeb wegen, die sie zu mier haben, welliche ich den nit khan van mier lassen, weyl ich leb, und zu wellichen heren ich mich kher, so weren sie mit mier sein, und wen ich sie solt van einanter lassen und wen sich darnach jerent ein unrue anhyebe, so khinte ich selliche nit zusammen pringen, wie ich sie jetz pey einanter hab, zu einer ickhlichen sachen des khriegs, wan es seint etlich pey 20 jar, die pey mier seyt, etlich mer und auch etlich wennyger.

Was da, a. ge. fy., pelangt die oxen, die ich E.F.G. schyckhen solt, so pyt ich, E.F.G. wellet aignen diener herauss darnach schyckhen, der mit den oxen wyert zu E.F.G.^{a)} zyechen. A. ge. fy., man wyl auf die prief khain oxen nit mer durch die meyt lassen, wen man mues uberal die maut geben, aber wen E.F.G. dienner selber mit inen wiert seyn und E.F.G. schreyben haben, so wiert man sie durch alle meyt frey durchlassen.

Und was da pelangt, a. ge. fy., das ich E.F.G. nit petzalt hab das jar, so pit ich E.F.G., meinen genedtigisten hern, wolletz zu khainem ungurst annemen und ein Got wel E.F.G. auf das zuekhumfftig jar als petzallen, meinem allergenedtigisten heren.

Das lass ich auch E.F.G. wissen, das ich das geschloss Sinkhoff noch nit ausskhaufft hab, auf welliches ich das gelt genumen hab van E.F.G. Das ist khain andere ursach, allain wy das der gross unffryt in disser khron Pollen ist, wellyches den E.F.G. wol wissentlich ist, und auch jetzund, allerge, fy., in meiner grossen not und hantlung so hab ich nit mer verzert van dem gelt, das ich van E.F.G. gelychen hab den nuer 200 fl., und das ist als nichts, ge. fy., wen nuer dye genat meynes genettigisten

hern wer. Aber ich, allerge. fyerst, ich khens nit van in, und darum so muess ich mier einen andern heren suechen. Und darum, wofer E.F.G. ein sach fyerkham, meyner zu petyrfend, wie ich oben E.F.G. hab angezaygt, so wyl ich allzeyt E.F.G. gehorsam und wyllig sein als meynem allerge. fyersten und heren.

Illustrissime Princeps, quemadmodum significare mihi dignata est Celsitudo Vestra, ut quam citissime adesse possim cum trecentis equitibus pro necessitate hac imminentia, id quod studiosissime praestarem, meis minime parcendo sumptibus, ni in causa extitisset discessus militum a me educatorum, quos semper 300 gratia ac liberalitate piae memoriae Divi Sigismundi Regis etc. fovebam, a quo et ipse satis liberaliter pro visus fui.

Verum his transactis annis, quia modernam Suam Regiam Maiestatem minus liberaliter erga me militesque meos sensi ac hucusque sentio, ne^{a)} maiorem iacturam meorum bonorum experiar, exercitum dimittere coactus sum, cuius exercitus pars in Ungariam, pars in Lithuaniam discessit, exceptis 50 necessitatibus reservatis. Attamen quam primum per literas Celsitudinis Vestrae edoctus sum,^{b)} continuo advocate milites curavi, quos ut penes me detinere sustentareque possem, duos pagos Domino Capitaneo Camenecensi¹⁾ in 800 florenos oppignorare necessum erat, eosdemque fo vebo tam diu, quousque ab Illustrissima Celsitudine Vestra et aere pro visus fuero et edocthus, quem in locum hunc militem ducam.

Porro Illustrissimam Celsitudinem Vestram scire velim me nequaquam posse solito stipendio, quo in Podolia utuntur, illinc perducturum militem. Nam quam primum e finibus Podoliae discesserint, omnia caro venduntur, in loco vero desidentibus omnia, quae ad victimum attinent, tum pro se, tum pro servis ac equis parata habent, ideoque facili stipendio eo loci sese sustentare possunt, id quod alibi minime. Praeterea neque huc atque illuc hostem queritando cursitant, sed in loco eum excepturi expectant. Quam ob rem, si praefatos milites ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram

ducere vellem, intra spatium unius mensis nequaquam eo perventuri, etiamsi velocissimo cursu ituri sint.^{b)} Est enim iter 140 miliaria. Neque etiam milites alia ratione educere possum, nisi stipendio in unum mensem septem florenorum dato. Quod stipendium Celsitudo Vestra illic in Prussia militibus numerabit. Ego vero, quousque in Prussiam venerint, pro viatico ad spatium duorum mensium, iuxta contractum cum illis meum, solvam, nimirum cuilibet militi 6 florenos. Quam peccuniam rogo, ut Illustrissima Celsitudo Vestra pro his duobus mensibus citra moram mittere dignetur, quo ego citius expeditiusque praefatos milites in locum, a Celsitudine Vestra assignatum, adducere possim. Quos si adduxero et oculis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae obtulero, existimo non displicituros.

Caeterum, meo quidem videre, Princeps Illustrissime, consultius esset, ut Illustrissima Celsitudo Vestra milites, quos nos vocamus Kozaki, 400 habere vellet. Hii enim levi armatura, nempe lorica, gallea, arcu, framea, alias schabla, atque lancea utuntur. Hos milites si tali armatura ornatos Celsitudo Vestra habere voluerit, significari mihi cupio.

Quod autem me attinet, Illustrissime Princeps, omne studium ac omne genus officiorum meorum pro hac instanti necessitate Celsitudini Vestrae polliceor, modo ne mihi hac in parte Celsitudo Vestra sua munifica clementia, Dominus mihi clementissimus ac Maecaenas liberalissimus, deesse nolit. Nam si hoc mihi negotium, quod nunc instat, temporibus Regis Sigismundi peragendum esset, profecto non usque adeo in exigendo stipendio Celsitudinem Vestram urgerem. Hoc enim superstite, mihi ac reliquis militibus pro voto omnia succedebant, eo vero extincto, longe aliam nunc experimur fortunam. Quare, Princeps Illustrissime, cognita hac mea tenuitate fortunae, veniam mihi Celsitudinem Vestram daturam confido, quod meis sumptibus praefatos milites expedire non possum, siquidem nihil bonorum mihi reliquum hodie habetur, praeter hoc oppidum Zinkow, a Celsitudine Vestra donatum, adiunctis quattuor pagis (nam capitaneatus mini titulum tantum, commodum vero aliis adfert), ex quibus duo, ut dixi, oppignorati sunt. Et hoc ipsum, quod adhuc mihi restat, si voluntas mandatumque Celsitudinis Vestrae intercesserit, non modo oppignorare, verum etiam penitus divendere non cunctabor, ut voto et huic necessitatit Celsitudinis Vestrae satisfiat. A quo enim multa accepi, eidem multa debeo.

Sciat interim Celsitudo Vestra nullo modo nullaque ratione milites extra Regnum, absque consensu Sacrae Regiae Maiestatis, educi posse. Quare mihi hanc licentiam facultatemque milites educendi Celsitudo Vestra per literas a Sacra Regia Maiestate impetrare velit. Qua facultate impetrata, milites id demum a Celsitudine Vestra cupiunt, ut damna, si aliqua illis longum iter intulerit, resarciantur, atque item, ut in praesentia alicuius, sive a Celsitudine Vestra missi sive designati, ibidem in loco conscribantur. Ego itidem, cum sciam varium animum militum (quorum alii in septimum usque, alii in sextum, alii in quintum mensem stipendio Celsitudinis Vestrae durare volunt), significare Celsitudini Vestrae volui, petendo, ut ipse^{b)} per literas Celsitudinis Vestrae certior factus, quot

mensibus his militibus, uti Celsitudini Vestrae visum fuerit, eisdem communicare scirem.

Neque illud praetereundum, Princeps Illustrissime, arbitror, cum mihi prioribus literis de militibus comparandis Celsitudo Vestra significarat, id quod sedula opera ac tutum praestiti, nam et optimos ac^{b)} bellicosissimos^{c)} quosque milites et compararam et undiquaque collegeram, quibus collectis numero 400, sumptibus meis propriis per tres menses alueram. In quos cum tantos sumptus, nempe 900 florenos fecerim, tandem literis Celsitudinis Vestrae edocutus opera eorum minime indigere, dimittere coactus sum.

Boves autem ac vaccas quod attinet, de his Celsitudo Vestra sic accipiat me ideo hucusque pellendas ad Celsitudinem Vestram non curasse, quia literas Regiae Maiestatis a theloneo absolventes ac liberos facientes non habuerim. Quae si deffuerint, vix trecentis florenis in Prussiam depelli posse. Quare danda est opera, ut literas thelonie a Sacra Regia Maiestate habere possimus. Quibus habitis, nulla erit in me mora, quin mittantur.

De his autem omnibus, citra ullam procrastinationem, a Celsitudine Vestra per eundem servitorem meum (cui in aliis, sibi a me concreditis, Celsitudo Vestra fidem dare velit, oro) certior fieri cupio.

Quod superest, me gratiae Illustrissimae Celsitudinis Vestrae humiliter^{b)} commendo, atque ita devinctissimum me erga Celsitudinem Suam esse persuadeat, ut etiamsi Sacra Regia Maiestas Celsitudinis Vestrae exercitum extra Regnum educere denegaverit, mihi quoque perpetuo exulandum foret, ego tamen cum meis, quos foveo, militibus aliisque mihi associatis, quam oyssime apud Celsitudinem Vestram adero. Datae in Trembowla, in crastino Sancti Petri in Vinculis, anno 1556.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae
humillimus perpetuusque servitor
Bernhardus Prethwitz, Capitaneus
Trembovlensis.

a) sequitur verbum expunctum: in

b) supra lineam.

c) correctum ex: bellicosissimosque

1) Georgius Jazlowiecki.

N. 570.

Trembowla, 10.XI.1556.

Bernardus Pretwicz, capitaneus Trembovlensis,
Alberto in Prussia duci
de rege Poloniae queritur, qui ei nullum stipendum solvit; servitia sua
duci et auxilium contra Livones offert.

Sigill.

H B A, B 4, K.455.

Allergenedtigister fierst etc.

Zum ersten hab ich verstandten aus E.F.G. schreyben, das E.F.G. mein schreyben genedtiglich annemen und in dissemm fal E.F.G. zu thienen, mei-

nem allergenedigisten heren, und wen ich mich anderst finden sol lassen, so wurte ich an mir selber nicht gelauben finden, das ich van einem frumen vatter und muetter geboren war, das ich mich anderst sol vintten lassen, zumal auf disse zeit, wen was auf E.F.G., meinem allerge. fy. und heren, khumen solt, zumal jeremt van einem feint auf E.F.G. oder auf E.F.G. lieben bruettern oder freunt oder es wer, auf wens wel, E.F.G. freundt, und ich sol mich jezunder anderst finden lassen, sunter ich mich vor vylen jarn gegen E.F.G. erpotten habe durch mein schreyben und auch mintlich, da ich bey E.F.G. gewesen pin, vir die grosse genat, die ich vor vallen jaren van E.F.G. erkant habe durch golt, sylber und khlainot und pecher, welliches mir unmiglich ist durch meine khlaine und ringe person, das ichs je imermer umb E.F.G. verthienen mecht, meinem allerge. fy. und heren. Aber Got, mein himlischer vatter, der wiertz E.F.G. betzallen und vergelten. Aber es sey, wie es wel, allerge. fy. und herr, weil auf E.F.G. was khumen sol oder auf E.F.G. lieben heren bruetter oder jerent auf einen freundt und E.F.G. sol mit jerent einen feint zu thain haben und ich sol mich anderst finden lassen, weder ich mich alzeit gegen E.F.G. erpotten habe, als einem frumen und ein Got wel threuen thiener E.F.G. zuestet, und wen ich mich^{a)} jezunder anderst finden solt lassen, so wolt ich, das ich vor etlichen jarn darvor gestorben wer oder jerent umbkhumen, wiewol, allerge. fy., ich bin keiner der gewessen, der ta hot ein jargelt van E.F.G. genumen und darvier gesoffen und gespilt. Und wens jezunder darzue khumen ist, das sies umb E.F.G. solten verthienen, so is auss alem nichts. Jetlicher hat einem andern weg gefunden und alles das vergessen, was sie van E.F.G. gehabt haben, wie ich den lengst das wol verstanten habe, das also sein wiert, was den kheinem frumen, erlichen, ritterlichen man zuestet. Ob ich, allerge. fy., schon khein jargelt van E.F.G. genumen habe, so hab ich denacht so vil genadt van E.F.G. erkent als manicher, der da vil jargelt van E.F.G. genumen, und solt ich jezunder gehembt werden durch sein ku. mt., das ich das umb E.F.G. nicht verthienen solt, weil mir mein hals und leben wert, das wiert ein Got wel nicht darzue khumen, sider nach meinem allerge. hern. Got sey der sell genedtig und barmhertzig, dem alten khinnig nach seinem leben, hab ich mer verthient als uber 70 taussent gulden und hab jezunder nichts mer den die haubtmanschafft Thrbmoffla, die mir doch gar nichts bringt und macht mir schir mer verlust den nutz, und ich halt jezunder nichts mer, sonder das ich van E.F.G., van meinem allerge. heren, habe. Das halt ich nun jezunder mit meinen weyb^{b)} und khindern, sunst nichts mer, und das andere, das ist nun als verthient, ein Got wel aber, ge. fy., nicht auf den schauffen und spullen, allain auf meine threue dhienst, die ich gethan habe wider drie feint seiner ku. mt., das ichs alles auf die frumen und erlichen thiener und thienstleit hab aufgelegt, die ich van jugenth auf hab aufgezogen bey mir, und seiner ku. mt. threulichen gethient hab mit inen und der gantzen khran. Das ist, allerge. fy., mein sauffen und spullen, darauf ich tas alles angelegt hab, was ich van dem alten khinnig erthient habe gehabt und mein vatterlich guet darzue, und dieweyl, allerge. fierst, der alt khinig gelebt hat, so hab ich van jar zu jar dienst auf die Khran gehabt, und

jezunder is in das fiert jar, das ich auf al mein folckh nicht einen halben grossen genumen habe, noch auf mich selbst van seiner ku. mt. Bey dem alden khinnig hab ich alle jar auf 200 thiener dienst gehabt und auf mich selbst aller vyrtl jar trythalb hundert gulten und alzeit auf einer stel gelegen, und jezunder,^{c)} allerge. fy., die zeit lang, das ich kheinen thienst habe van seiner ku. mt., und ich halt dennechter die thiener alzumal auf bey mir wie vor. Wie solt ich den, allerge. fy., nicht zu einem phetler werthen durch disse ursach, welliche ich E.F.G. zueschreyb, obschon ein man in die 100 van mir ist hinweckhgezogen gewessen vorm jar und alsplatz mir das schreyben van E.F.G. zukhument ist, alsplatz hab ich sie widerum zusammen gebracht und sunst andere erliche khriegsleit mer, welliche ich noch aufhalt pey mier und noch auffhalten wil so lang, pis das E.F.G. ein art nemen weren mit den Eiffletern. Wiewol mier E.F.G. schreyben, das E.F.G. lait ist, das ich zway therffer versetzt habe durch der thiener halben, so wyl ich E.F.G. gepetten haben, E.F.G. wellens nicht lassen lait sein, hab ichs doch van niemanz andern, allain van Got zuvoran und van E.F.G., van meinem allerge. fy. und heren. So wil ichs ein Got wel threulich taran streckhen, nicht allain die therffer, sunder meinen hals und leyb, die wil es mir wert, so wil ichs nicht sparen und wyl noch waeten mit allen den-jennigen khriegsfolckh, welliche ich hab aufgenumen, pis das E.F.G. ein art nemen mit den Eyffletern, und ich bit E.F.G., meynen allerge. fy. und heren, E.F.G. wellens mir pey zeytten zu wissen thain, wo sich E.F.G. was versehen waren, nicht allain das mich sein ku. mt. in dem hemen sol, das ich E.F.G. nicht sol zuziechen. Wen was auf E.F.G. khem, so wil ich nicht phleyben und wil E.F.G. zueziechen und wen ich gleych all mein lentag das lant Poln nicht solt sehen, ob ich E.F.G. gleich wennig nutz sein wir und meine dienst gering sein waren. Aber ich wil Got, meinen himlischen vatter, zu hylf nemen und E.F.G. threulich thienen, als einem erlichen und frumen thiener zuestet, und ich wils ein Got wel threulich daran setzen wytter einen itlichen feint E.F.G., meines allerge. fy. und heren, mit allem dem meinigen. Wiewol, allerge. fy. und her, das ich mein folckh etliche het van einanter gelassen, alsplatz mir das schreyben van E.F.G. zukhument ist durch meinen dhiener und zumal dieweyl ich nichts grintliches verstanten van E.F.G., also halt ich sie noch al auf bey einanter pey mier, pis das mir was grintliches E.F.G. zu wissen thain waren. Und zumal das mir ist angezaigt worden, das E.F.G. noch ein anzal khnecht auffhalten, so khan ich wol abnemen, das nicht umbsunst ist. Und wen ich das folckh solt widerumb zusammen lossen auf jenige zeyt, wens E.F.G. vannotten sein wiert, so wurdet es mich mer khosten wedter also, wie mir den vor geschehen ist. So wyl ich lieber also mit inen warden, pis das mir der thiener widerum khumbt van E.F.G. Allain ich wil E.F.G. gebetten haben als meinem allerge. fy. und heren zum andermal und zum thryttenmal, E.F.G. wellens miers bey zeiten zu wissen thain, wes ich mich halten solt. Und wover mir E.F.G. weren pevelhen, zu E.F.G. zu ziechen, so wellen mir E.F.G. darneben schickhen, damit das ich mit we das folckh zu E.F.G. zu fierien het, wen E.F.G. wellen sich an niemantz kheren, weder an den khinnig, noch an nyemantz, wen es wirt mich khain mentz khinen hemen, das ich

zu E.F.G. nicht solt ziechen, wen ich gleych nymermer in Poln sein solt,
wen es wais jetterman, das ich van niemantz antern nichts habe, allain
van Got zuvoran und darnach van E.F.G., meinem allerge. hern.

Allerge. fy. und her, wens miglich were, das nicht wider E.F.G. wer,
meinem allerge. heren, den van E.F.G. vil zu pitten und wennig zu verthien-
nen, so wers wider Got und wider die welt, den ich hab das vorig wetter
verthient, noch pezalt, den es hat mich nichts anderst darzue pracht den
die grosse armuet, die auf mich und auf meine dhiener khumen ist. Aber
es wiert ein Got wel darzue khumen, das ichs alles wil verthienen und
petzalen, den, allerge. fy. und her, mein grosse armuet bringt mich darzu,
das ich noch mues pitten und bit E.F.G., meinen allerge. fy. und heren,
und wen es mir solt ein ungnat pringen van E.F.G., so wolt ich lieber
nicht pitten. Aber ich bit noch E.F.G., meinen allerge. f. und heren, E.F.G.
wellen mich noch mit we verlegen, allain der thiener halben, pis das ich
bey E.F.G. sein wier. So pit ich E.F.G. nicht mit pitten, allain thurch Gotz
wellen, is miglich, das mich noch E.F.G. mit we verlegen, pis das ich bey
E.F.G. sein wiert, dasselbig wil ich ein Got wel widerum verthienen umb
E.F.G., meinen allerge. fy. und heren. Wens darzue khem, das ichs nicht
mecht pezallen, so wil ich Got, meinem himlischen watter, threulichen pit-
ten, das ers E.F.G. wiert threulich pezallen. Hiemit wil ich mich E.F.G.,
meinen allerge. fy. und heren, pevolhen haben als der allerarmist thiener
E.F.G., meines allerge. hern. Datum Threb Moffla den 10. tag Novemer ^{d)}
im 1556 jar.

E.F.G.

undertheniger und williger threuer
Bernhart Pretwitz,
hauptman auf Trebmoffla.

a) *supra lineam.*
b) *in ms.:* wey

c) *sequitur expunctum:* und jezunter
d) *sic in ms.*

N. 571.

Trembowla, 14.XII.1556.

Bernardus Pretwicz, capitaneus Trembovlensis,
Alberto in Prussia duci
de oratoribus Turcicis apud regem de duce Wiśniowiecki conquerentibus;
de Turca in aestatem proximam expeditionem contra Vietnam parante;
de firmo proposito suo duci contra Livones, etiam rege invito, in
auxilium veniendi; de cornubus cervinis.

Sigill.

H B A, B 4, K.455.

Allerdurchleichtigister fierst etc.

Nachdem, allerge. fy., des tatto disser ersten prief, das ich sie so lang
hab aufgehalten, so hab ich imerzue gewart, wover was viekhumen wer,

das E.F.G. vannetten wer gewessen zu wissen. So ist nichts anders verhanden, allain was der haillisman hat angericht, der fierst Wissnawetzkhy,¹⁾ zwischen den Thirckhen und Thattern. So pesorg ich mich, das wir hie auf den zuekhunffigen^{a)} sumer das pat werden miessen ausgeussen, wen der Wisnowetzkhy der hat die sachen also angefangen, das ein drey thirckhisch potschafften eine nach der andern zu seiner ku. mt. gezogen und über in geklagt haben.

Was, allerge. f. und her, belangt des Thirckhen,²⁾ so wolen E.F.G. wissen, das er sich auf den zuekhunffigen sumer gewislich zuericht, mit aigner person auf Wien zu ziechen, und hat iczunder 6 thaussent wegen mit proffant geschickht gerichs auf Offen. Was auf das gesitz gehert, das ist van allem khugl und phulffer und andere zuegerherung, was auf das gesitz gehert, und was pelangt van Thattern und Wallachen, das wais ich nicht anderst, das er dieselbigen auf uns wiert zueschickhen, was wir vor gemanet haben, das wir freundt an in haben solten. So weren wir feint genuech an in haben, dieweyl sie der Dhirkh angenumen hat, sie zu psitzen und das sie thain miessen, was den der Thierckh schafft weiter. Wais Got, was es megen wiert.

Was da belangt, allerge. fy. und her, der Eifflander halben, so will ich E.F.G. gebetten haben als meinen allerge. f. und heren, E.F.G. wellen miers pey zeyten zu wissen thain, das ich mich mecht darnach richten. Wan mich schon sein ku. mt. nicht wellen lasen, so wil ich denachter zu E.F.G. ziechen, wan ich gleych nimermer das lant Poln sechen solt und darein khumen. Allain ich wyl E.F.G. gebetten haben, meinen allerge. fy. und heren, dhurch Gotz wellen zum ersten und zum andermal, E.F.G. wellen mir herauss schickhen auf ein 400^{b)} hundert ross, wovers nicht sein mecht auf 400, so wellen mir E.F.G. auf ein 200^{c)} hundert rossthienst schickhen und auf das ander dienstfolckh, so wil ich noch das versetzen, was ich noch hab auf das dienstfolckh und E.F.G. zueziehen, wan, allerge. fy. und her, ich wil gern alles tas daran streckhen, was ich hab, hab ichs toch van kheinem andern mentzen nicht allain^{c)} van Got zuvoren und darnach van E.F.G., meinen allerge. fy. und heren. So wil ichs auch ein Got wel dhreulich daran streckhen wider einen jechleychen feyndt E.F.G., meines genedtigisten heren. Allain E.F.G. wellen mir selliches bey zeyten zu wissen thain, das ich mich west, darnach zu richten und E.F.G. bey zeittin zu hilf kumen.

Allerge. fy. und her,^{c)} ich wyl E.F.G., meinen ge. f. und heren, gebetten haben, E.F.G. wellen noch einmal zu seiner ku. mt. schickhen, damit das er mich mit guet wellte lassen zu E.F.G., damit das ich mit guet mecht dhienen E.F.G., und wover er nicht wiert lassen wellen, so wyl ich darnach sehen, damit das ich an erlaubnus zu E.F.G. ziechen wil. Wovers, allerge. fy. und her, nicht sein khindt, das mir E.F.G. jetzt gelt herausschickhet auf das dienstfolckh, so wyl ich E.F.G. gebetten haben als meynen allerge. fy. und heren, als halb thurc Gotz wellen, E.F.G. wellen mich noch mit etlichen hundert gulten^{c)} verlegen, werens toch E.F.G. darnach auss dem dienstgelt widerum lassen abziechen, wen, allerge. fy. und herr, Got wais, das ich jezunder so arm bin, das ich mein lebentag nicht so arm bin ge-

wessen als jezunder. Ich het E.F.G. jetzunder pey dissemm meinem thiener gern ein guet ross geschickht, aber Got wais, das ich zu disser zeit khein sellisches nicht hab, das under E.F.G. satl theygliche wer. Aber wen ich ein Got wel selber bey E.F.G. sein wier, so wyl ich meinen pesten vleys haben, das ich E.F.G. ein etliche guete ross mitpringen wil, wan, allerge. fy., ich bin jezunder zu disser zeit so ellent worn, das ich dissemm meinem thiener nicht gehabt habe, im was auf zerung zu geben. Das wirt mein thiener E.F.G. selber anzaigen. So wyl ich E.F.G. gebetten haben als meinen allerge. fy. und heren, E.F.G. wellen meiner genedtiglich beschenckhen. Selliches wyl ich, weil ich leb, mit meinem leyb guet umb E.F.G., umb meinen allerge. fy. und heren, verthienen. Und Got der almechtig wiertz^{c)} umb E.F.G. vergelten und bezallen.

Ich het auch E.F.G. gern etliche hierssengeway geschyckht, aber, allerge. fy. und her, das ist die ursachen, welliche ich E.F.G. oben geschryben habe, meinem allerge. fy. und hern, wen, allerge. fy. und her, all mein zueversicht und hoffnung ist allain zu Got und zu E.F.G., meinem allerge. fy. und heren. Hiemit dhue ich mich auffs allerunderthenigist E.F.G. bevelthen als der allerermist thiener E.F.G., und thie genat Gottes mit E.F.G., der wel E.F.G. verleichen ein ebiges fierstliches regiment mitsambt ierer f. g.³⁾ und auch mit dem jungen fyersten⁴⁾ und fierstin,⁵⁾ meiner allergenedtigisten fierstin, auf ein lange und ebige zeit. Dattum Threbmoffla den 14 tag Decemer^{a)} im 1556 jar.

E.F.G.
undertheniger wylliger thiener
Bernhart Pretwitz,
hauptman auf Threbmoffla.

a) sic in ms.

2) Solimanus II.

b) supra lineam pro expuncto: zway

3) Anna Maria.

c) supra lineam.

4) Albertus Fridericus.

1) Demetrius Wiśniowiecki.

5) Anna Sophia.

1557

N. 572.

s.l., s.d. [1557].

Alexander Ruszkowski,

Alberto in Prussia duci

*de omnibus ad aedificandum pontem navalem iam paratis, qui tamen ob
regis hac in re cunctationem hactenus nondum constructus est.*

Sigill.

H B A, B 4, K.455.

Durchlauchtigister, hochgeborner ^{a)} furst etc.

Dorneben kan ich E.F.D., meynem g.f. und heren, in gancz unterteniger wolmeinung nicht bergen, das mich seine k. mt. dorczu vorordent gehabt, eine schiffbruke bauen lasen, welches ich auch gancz wylig und gerne getan het, und hab mich auch mit ganczem fleys bemuht, dormit das es einem fortgank haben mecht, und hab seiner mt. keine ruge gelassen, bin auch zu Kaun gewessen und alles beschtel leth, was dorczu gehereth alls holcz, breter, ochsen, pech, hantwerksleute. Das ist alles fertig. Nu byssher hat seine mt. eine ausrede gehabt, das er zu remischer k. mt.¹⁾ nach einem fysyrunk geschiket, aber byssher nach keins bekomen. Darmits aber einen fortgank haben mocht, hab ich den Asswero Brant gebeten, das er eins von E.F.D. mitbracht, welches recht wol deutlich und gruntlich und keinen mangel daran gefunden, ausgeschryben und vorchehendt.^{b)} Weylen aber seine mt. in der sachen so faul ist, wywoll ich seine mt. in dem fall so garnicht vordenk, allein E.F.D. mogen bass wyssen, wywol ich auch zum tel wess, wer seine mt. darvan abfuret und gibt vor, das zwischen Wytepck und Poloczk solen sovyl schiffe seyn, das man eine bruke kunde daraus machen. Aber ich gebs E.F.D. zu erkennen, ab es zur sache sey, den Wytepck und Polock ist ins konigs lande und mer ein flyss, kommt man aber ins lant, wy ich byn bericht worden von vyl flyssern und genuss, wy man sagt, und seine mt. hat wyder bruken noch mosbruken. Dormit aber E.F.D., mein g.f. und her, merken moge, das ich auch nach meynem armen vormogen gerne sehe, domit sich E.F.D. an ein verursachten feynde rechenen moge, hab ich demnoch gedocht, wy ich doch seiner mt. mocht darczu bringen, das er ein lust mocht zu dem bau gewynen, derweylen sich seine mt. schtetes ausgeredet, das dy fysyrunk, dy er mancherley hat, schwer

und ungefuge weren, und hab vor mich genomen noch meynem armen vormogen und fantasey, wy man eine bruken machen soll, dy nicht schwer und ungefug wer und dennoch schwer tragen mocht. So hab ich do ein fysyrunk gemacht, welches ich E.F.D., meinem g. lanczfursten und heren, zuschike und bit gancz unterteniglichen, E.F.D., mein genedigster her, wol es von mir armen untertanen nicht verschmechen, sondern zum genedygen dank annemen. Bit auch gancz unterteniglich, E.F.D. wolten mir mein armes schryfftliches ersuchen nicht zu ungenade annemen und meyn genedygister furst und here seyn, den E.F.D. Got dem almechtygen empfelen, der gebe E.F.D. gluk und hell in E.F.D. vornemen.

E.F.D.

gancz unterteniger und wyliger diner

Alexander von Rauske

- a) *supra lineam.*
b) *lectio incerta.*

1) *Ferdinandus I.*

N. 573.

Vilnae, 1.VII.1557.

*Traianus Provano, secretarius regius,
Alberto in Prussia duci
de litteris Vergerii sibi ab Erhardo a Kunheim redditis; de Italia fere tota
armis Gallicis, pontificiis et ducis Ferrariae infestata; de oppidis a
Gallis in Italia occupatis; de periculo Regno Neapolitano imminentem;
de rege Philippo exercitus in Germania colligente, ut Galliam aggrediatur etc.*

Sigill.

H B A, B 4, K.455.

Illustrissime et Excellentissime Princeps, Domine Domine Clementissime.

Dominus Erhardus a Kuneim, Dominationis Vestrae Illustrissimae servitor, reddidit mihi Vergerii litteras, quas mihi Vestra Excellentia dignata est transmittere. De quibus Celsitudini Vestrae magnas reffero gratias. Adhortatus est me itidem, ut nacta occasione ea nova, quae frequentissime mihi ex Italia et fere ex tota Europa scribuntur, Vestrae Excellentissimae Dominationi posthac semper impartirer, promittens hoc officium meum eidem fore gratissimum. Id quod paratissimo animo aggrediar posthac diligentissime, nullo²⁾ labore parcendo.

Interea dicam Italiam fere totam Gallicis, Papisticis et Ferrariensis Ducis¹⁾ armis infestatam esse. In primis enim Galli nunc pridem tria oppida, quae adhuc Cesariani in Pedemonte retinebant, scilicet Valfeneriam,²⁾ Kiraschum³⁾ et Fossanum,⁴⁾ vi obtinuerunt, ita quod iam totam illam provinciam in integrum retineant. Valentiam⁵⁾ quoque, civitatem munitissimam non procul a Papia,⁶⁾ expugnarunt et longe magis munierunt,

confederatique invicem isti tres Principes, quorum exercitus Generalis est Dux Ferrariae et Dux Ghisae,⁷⁾ Gallus, ad Cesarianorum et Regni Neapolitani perniciem inspiciunt, conatum militum et bombardarum iam apud Brutios in confinibus ipsius Regni habentes et classem Turcicam cum Galla non procul ab urbe Neapoli inminentem.

Dux Albae,⁸⁾ multis imposturis peccuniariis Regno illi impositis, pecunia non modica collecta illis obvius est cum 20 millibus peditum, 2500 equitum et 900 catafractorum, nec dubium est, quin hucusque aperto Marte aliquod conflictum non sit patratum. Cardinalis Tridentinus⁹⁾ vigilantissime Mediolanum custodit, Dux Florentiae¹⁰⁾ non absque timore suis dominatur, Veneti autem et Parmae Dux, Octavius Farnesius, in neutralitate vigilis permanent. Hec in Italia, Princeps Illustrissime.

Filippus in Germania magnos colligit exercitus, ut ex parte Flandriae cum auxilio Anglorum, ubi nunc est, Gallos agrediatur. Concurrunt ad eum ex Hispanis Principes plurimi cum tribus auri numeris; ex altera parte adversus Anglos Rex Galliae¹¹⁾ movet Regnum Scotiae et totis viribus obvius esse vult Filippo. Ad quem vocatus pergit Ferdinandus Gonzaga. Nec plura habeo, nisi quod gratiae et favori Dominationis Vestrae Illustrissimae me ac servitia mea humiliissima²⁾ quam devotissime commendo. Dominus Deus Celsitudinem Vestram, Princeps Illustrissime, incolumem cum Illustrissima coniuge¹²⁾ et prole Clarissima ad multos et felices preservet annos. Datum Vilnae, prima Iulii 1557.

Eiusdem Dominationis Vestrae Illustrissimae
et Excellentissimae servitor humiliissimus
Traianus Provano.

2) sic in ms.

6) italice: Pavia.

1) Hercules II.

7) Franciscus de Lotharingia, dux de Guise.

2) hodie: Valfenera (lat. Vallis Finaria).

8) Ferdinandus Alvarez de Toledo, dux Albae.

3) italice: Cherasco.

9) Christophorus Madruzzo.

4) italice: Fossano.

10) Cosmus I de Medicis.

5) italice: Valenza.

11) Henricus II.

12) Anna Maria.

N. 574.

Vilnae, 22.VIII.1557.

Traianus Provano, secretarius regius,

Alberto in Prussia duci

litteras Francisci Lismanini in Maiori Polonia degentis transmittit; nuntiat
se usque ad castra regia in Onikszy ivisse, ut ducem in persona vi-
deret.

Sigill.

(Annexum: Nova ex Italia de variis Europae regionibus)

H B A, B 4, K.455.

Illustrissime et Excellentissime Princeps et Domine, Domine Colen-
dissime.

Cum perspiciam per litteras, quas ad me Celsitudo Vestra dignata est scribere, illi opus meum incepturn gratum esse, meum iam institutum sequar non modica cum voluptate. Itaque quid nunc novi ex Italia et aliis regionibus habeo Vestra Illustrissima Dominatione dignum, hic inclusi, suplex rogans, ut boni consulat hanc animi mei promptitudinem.

Lismaninus Doctor, quem Maiores Poloni penes se fovent, has Excellentiae Vestrae mittit litteras; quem responso Celsitudo Vestra dignabitur.

Veneram ad castra regia in Onixti, ut illic Vestram Illustrissimam Dominationem viderem cum Domino Conhem¹⁾ et personaliter illi servitia mea quam humilissime offerrem. Quod cum mihi non fuerit concessum, aliam expectabo occasionem, quo possim animo meo in hoc satisfacere. Interea me favori et clementiae Celsitudinis Vestrae iterum atque iterum humilissime commando. Datum Vilnae, 22 Augusti 1557.

Dominationis Vestrae Illustrissimae
et Excellentissimae humiliissimus servitor
Traianus Provano.

1) Erhardus Kunheim.

Annexum:

Nova ex Italia.

Orator Moscorum discessit et Lundino Angliae X Maii cum quattuor navibus, oneratis variis mercaturis artificibusque, medicis, bombardarum magistris et pixidum, una cum materia ad conficiendas eas.

Rex Algirii¹⁾ in Affrica interfectus est a suis et in eodem instanti duodecim millia christianorum victi a vinculis se liberarunt, et acceptis armis, errixerunt in civitate insignia et vexilia Cesaris nostri.²⁾

Dragut, pirata famosissimus inter Turcas, mortuus est peste.

Rex et Regina Angliae³⁾ denunciarunt per araldum Regi Galliae⁴⁾ bellum et idem mandarunt proclamare per totam Angliam, quae Maiestatibus Suis obtulit peditum decem millia, equitum sexcentos, naves triginta paratas, omnia hec suis impensis usque ad finem belli.

Dux Bransvicensis⁵⁾ profligavit quendam Raispergh, qui cum viginti vexillis Germanorum ad Gallica proficiscebatur stipendia, eumque cum aliquot Capitaneis captivum fecit.

Detenti sunt in carceribus Ferrariae quam plurimi, qui coniurarunt contra Ducem⁶⁾ et omnem familiam Estensem. Inter quos unus, lampade vitrea fracta, quae illis lumen prebebat, et accepto frustro illius vitri, venam sibi ipsi apperuit, ut ea morte ignominiosiorem mortem effugeret. Quod cum animadverterent custodes carceris, huic consilio suo occurserunt.

Dux Sabaudiae⁷⁾ cum exercitu Cesariano invasurus erat Galliam ex parte Massires, Angli autem ex parte Ardes. Contra quos exercitus Rex Galliae paratum habebat exercitum 25 millia peditum Gallorum, Helvetiorum et Italorum, 1200 cathafractos, 2500 equites levis armaturae et 800 equites Boemos.

Rex Philippus donavit Senam cum toto districtu suo in feudum perpetuum Duci Florentiae,⁸⁾ acceptis ab eo quattuor centis millibus corona-

tis, tractantque, ut filio suo primogenito⁹⁾ dent Regis Romanorum¹⁰⁾ unam ex filiabus.

Cardinalis Toletanus¹¹⁾ mortuus est, ut aiunt, detentus in Hispaniis in carcerem.

Papa¹²⁾ misit cardinalatus pilleum et legationem Anglicam cuidam monacho observanti, Anglo, Reginae illius antiquae¹³⁾ Penitentiario, et per breve suum revocat Cardinalem Polum.¹⁴⁾

Concessum est omnibus maritimis provinciis, quae sub Rege Philippo sunt, ut incursions faciant per mare in Brittaniam et Normandiam, ad quas iam se parant multi ex Olandia et Ostlandia.

Penes Transilvaniam christiani occuparunt tres arces Bebecci¹⁵⁾ et in Croatia expugnarunt et combusserunt Gradiscam, in qua interficti sunt omnes cives et ad septingenti²⁾ Turcae.

Exercitus Gallicus et pontificius retrocessit usque in hanc partem fluminis Tronti, dividentis Brutios a Marca Anconitana. Et Ducus Albae¹⁶⁾ exercitus excursiones facit usque ad ianuas urbis Romae. Papa autem pertinax, cum inferior sit milite, pacis conditiones audire nequit.

2) *sic in ms.*

1) ?

2) *Ferdinandus I.*

3) *Philippus et Maria Tudor.*

4) *Henricus II.*

5) *Henricus II.*

6) *Hercules II.*

7) *Emanuel Filibertus.*

8) *Cosmus I de Medicis.*

9) *Franciscus Maria de Medicis.*

10) *Ferdinandus I.*

11) *Ioannes Martinez.*

12) *Paulus IV.*

13) *Catharina de Aragonia.*

14) *Reginaldus Pole.*

15) *Bebek.*

16) *Ferdinandus Alvarez de Toledo, dux de Alba.*

1558

N. 575.

Vilnae, 5.I.1558.

Andreas Tricesius (Trzecieski) iunior

Alberto in Prussia duci

*Claudium Dorothium, Gallum, rei militaris peritum, sibi a duce commen-
datum, se palatino Vilnensi [Nicolao Radziwill] et aliis proceribus Li-
thuanis commendasse nuntiat, efficere tamen non potuisse, ut in servi-
tium regis reciperetur.*

Sigill.

H B A, B 4, K.455.

Illustrissime Princeps etc.

Claudium Dorothium, Gallum, hominem ut peritia rei militaris excel-
lentem, ita vera christiana pietate praeditum atque adeo ab Illustrissima
Celsitudine Vestra tam diligenter commendatum, quibuscunque potui ra-
tionibus apud Illustrissimum Palatinum Vilnensem et eos, qui nunc in aula
sunt proceres, promovi, sed nescio quo fato accidit, ut res ex animi sen-
tentia, quod magno meo cum dolore factum est, non successerit. Cupie-
bam enim ea in re, quamvis satis exigua, Illustrissimae Celsitudini Vestrae
fidelem meam operam declarare. Quod quia secus evenit, dici non potest,
quam graviter et moleste feram. Cur enim ille in clientelam regiam post
tot commendationes et sollicitationes receptus non fuerit, referet ipse
coram Illustrissimae Celsitudini Vestrae commodius, praecipua tamen
haec fuit ratio: Regiam Maiestatem, quandoquidem pax iam sit, eius opera
non indigere. Quanquam ego quidem vehementer miror, plaerosque nostri
saeculi Principes pacis tempore de belli rationibus non multum cogitare
et viros in hac arte excellentes obviis, ut dici solet, ulnis non excipere.

Hunc vero hominem talem esse ingenue profiteor, ut, si Princeps es-
sem, in magna foelicitatis meae parte ponerem, si meo semper adesset
lateri et illius prudentibus consiliis domi forisque uti possem. Quamquam
autem Illustrissima Celsitudo Vestra, maiorum suorum insistens vestigiis,
sit re vera iuxta illud Homericum: Amphoteron basileus t'agathos, chra-
teros²⁾ t'aichmetes,^{a)} tamen si hunc virum sibi adiungeret et illius consue-
tudine uteretur, non parum inde peritiae Illustrissimae Celsitudini Vestrae
in re militari accessurum existimarem. Et quoniam ille, Deo sic volente,

a nostro Rege nunc receptus non est, at postea, si tumultus bellici exorierentur, gratissimam rem Illustrissima Celsitudo Vestra nostris faceret, si illum e propinquuo ad serviendum arte sua Maiestati Regiae mitteret. Qua de re Illustrissimam Celsitudinem Vestram pro sua sapientia deliberaturam nihil dubito. Quod ad me attinet, Deum testor, quam Illustrissimae Celsitudini Vestrae sinceriter in hoc negocio inservire cupiverim et quam summae felicitatis loco ducerem, si animi mei b) promptitudinem Illustrissimae Celsitudini Vestrae quacunque data occasione testari possem. Christus Iesus Illustrissimam Celsitudinem Vestram quam diutissime servet in columem ad nostram et communem Ecclesiae catholicae consolationem. Vilnae pridie Epiphaniae Domini anno a partu Virginis 1558.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae
toto pectore addictissimus cliens
Andreas Tricesius.

a) in ms. litteris graecis scriptum.

b) supra lineam.

z) sic in ms.

N. 576.

Lublini, 17.VII.1558.

Horatius Curio

Alberto in Prussia duci

a duce ad palatinum Cracoviensem [Stanislaum Tęczyński] certis in negotiis missus, significat se eum hactenus Cracovia absentem adire non potuisse, sed sperat se eum brevi in aula regia esse inventurum.

Sigill.

H B A, B 4, K.455.

Illustrissime Princeps etc.

Dantiscanum nuncium nactus, praetermittere nolui, quin aliquid ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram scribebam, ex quo adventus mei tardioris caussam agnoscere possit. Itineris longitudine necnon eorum tarditas, cum quibus negocia tractanda fuerunt, non parum me^{a)} retardarunt. Palatinum enim Cracoviensem¹⁾ non Cracoviae, ut sperabam, inveni, sed Crasnistavum iam ante aliquot hebdomas discesserat; quod oppidum a Cracovia 40 miliaribus distat. Quare illum sequi coactus sum et Lublinum veni, quod 8 miliaribus a Crasnistavo distat; ubi ex Domina Palatina,²⁾ coniuge Domini Palatini, intellexi eum non in aula esse, sed Belsam profectum ac post quadriduum ad aulam reversurum. Belsam proficisci nolui, quoniam a Lublino distat 26 miliaribus versus Russiam, et ipsum non invenissem nisi in itinere, ubi nihil expedire potuissem. Ideo quoniam audio eum cras apud Regiam Maiestatem futurum, et ego cras illuc proficiscar meque, quam primum fieri poterit, ab illo expe-

diam, deinde magnis itineribus ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram revertar.

Caeterum quae mihi ab Illustrissima Celsitudine Vestra commissa fuerunt, cum iis omnibus, quos invenire potui, confeci et non dubito, quin illi satisfactura sint, nam omnia ex animi sui sententia foelicissime successerunt. Novi hic nihil audivi, nisi de matrimonio inter Regem Hungariae³⁾ et filiam Regis Galliae,⁴⁾ quod iam confectum esse ab omnibus iudicatur. Reliqua ipse referam. Illustrissimae Celsitudini Vestrae me, quanta humilitate et diligentia possum, commendando. Datum Lublini, die 17 Iulii, anno 1558.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae
humillimus servus
Horatius Curio.

a) sequitur verbum expunctum.

1) Stanislaus Tęczyński.

2) Anna Bogusz.

3) Ioannes Sigismundus.

4) Henricus II.

N. 577.

Petricoviae, 20.XII.1558.

Vincentius Ruszkowski, stipator regius,

Alberto in Prussia duci

delationem contra se ad ducem a quibusdam factam falsam esse affirmat
et rogit, ne eum dux favore suo privare dignetur; expetit etiam, ut
eum dux incultis agris et lacu quodam in districtu Ostrudensi sitis
providere velit.

Sigill.

H B A, B 4, K.455.

Durchlauchter, hochgeborener furst etc.

Ich kan E.F.D. zum unterthenigsten nicht bergen, das ich in erfahren
kommen, das mich etzliche perschonen bey E.F.D. angegeben in massen,
als solt ich dem ehrvorgessenen manne Hansen Fruncknovsky bey konig.
mt. ein geleidt zuwegen gebracht haben, dadurch E.F.D., wy nicht unnbil-
lich, da solches von mir geschehen, mit grossen unngnaden auf mich solten
bewogen sein. Es soll aber, ab Got wil, kein erlich mahnn solches auf mich
weislich oder warmachen, das ich solches zu thuen vorgenohmen. Gelann-
get derowegen ahn E.F.D., meinen gnedigen fursten und herrn, mein under-
thenigs unnd demutigs biten, E.F.D. welden solches auf mich nicht glowben,
sonnder mir unnd den selptigen, so mich mit solcher geschicht bey E.F.D.
angegeben, einen thagk ansetzen unnd vernehmen lassen, da ich mich zum
underthenigsten gestellen unnd in keigenwertigkeit derjenigen, dy mich be-
schuldiget, nach geburlicher erforderung unnd nodtdurft alle desselptigen
enntledigen unnd voranntworten wil. Das will ich aber E.F.D. nicht per-
gen, das er zuvor, der Fruncknowsky, seinen sohn an mich geschickt unnd

mich bitten lassen, im eine vorschrift von konig. mt. zuwegen zu brengen, dyselptige ich im an E.F.D. zuwegen gebracht unnd sonnsten nictes, denn ich da zue zeit umb seine hendel unnd unbillichs vornehmen nichts gewust. Nochdem ich aber desselptigen in erfahren kommen, bin ich seiner ganntz unnd gar mussigk gangen. Derwegen nachmals zum allerdemutigsten bite, E.F.D. wolden dyselptige ungenade von mir armen, E.F.D. unterthanen zum gnedigsten abwenden, mich zur voranntwortung kommen lassen unnd iderzeit mein gnediger furst undt herr sein etc.

Fernner, gnediger furst unndt herr, thragen E.F.D. in gnedigem gedechtnis, das dy konig. mt., mein g. herr, sampt irer mt., der konigin,¹⁾ ein vorbiethe keigen E.F.D. vor mich gethan wegen des wusten gütleins, Lithawen genant, unnd eines seechen halben im Osterrodischen, Warnemischen seechen genant, welches mir denn E.F.D. eine unabeschlegliche gnedige vorthröstunge gethan. Derwegen gelannget nachmals an E.F.D. mein underthenigts bitten, E.F.D. wolden mich gnediglichen damit bedencken unnd daruber vorsorgen etc. Welches alles ich als der threwe unnd arme underthane zu ider zeit nach schuldigem gehorsam zum allerunnderthenigsten umb E.F.D. zu vordienen williglich will befunden werden als keigen meinem gnedigsten fürsten und herrn, der ich E.F.D. dem ewigen Gott lange gesunt zu fristen unnd bey gluckseligem regiment zu erhalten unnd mich zu undertenigen diensten enttvhele. Datum Peterkauw Dienstags vor S. Thomae des LVIII^{ten}.

E.F.D.
gehorsammer underthaner
Vicentz von Rauske.

1) *Catharina.*

N. 578.

Petricoviae, 24.XII.1558.

*Horatius Curio
Alberto in Prussia duci
de suo Petricoviam adventu nuntiat; de proxime futura palatini Cracoviensis [Stanislai Tęczyński] ad ordines Imperii legatione in negotio
Ducatus Barensis.*

Sigill.

H B A, B 4, K.455.

Illusterrissime Princeps etc.

Quarta iam dies agitur, Illustrissime Princeps, ex quo Petricoviam omnes salvi et incolumes pervenimus, nec quicquam adhuc tum propter temporis brevitatem, tum etiam propter Regiae Maiestatis corporis imbecillitatem, actum esse, quod scriptu dignum sit, intelleximus, tamen quae scitu digna sunt, ea omnia Domino Doctori Jona^e¹⁾ enarravi, isque ad Celsitudinem Vestram Illustrissimam, ut pollicitus est, omnia diligenter per-

scribit. Qui hasce literas Illustrissimae Celsitudini Vestrae reddet, Magnifici Domini Palatini Cracoviensis²⁾ servus est, quem ipse ea solum de causa mittit, ut intelligat, an Illustrissima Celsitudo Vestra illi aliquid in ea, qua brevi functurus est legatione ad Ordines Imperii, iubere ac committere velit. Me magnis precibus rogavit, ut una secum proficiscerer. Quod quidem ego sine Illustrissimae Celsitudinis Vestrae permissione facere nolui.

Ideo rogo Celsitudinem Vestram Illustrissimam, si mea opera nunc alio in loco uti nolit, hoc mihi gratiouse concedat ac, si ita visum fuerit, etiam aliquid expediendum committat. Negocium legationis Domini Palatini Cracoviensis est de Ducatu Barrensi. Rogavit me Dominus Magnificus Palatinus, ut Illustrissimam Celsitudinem Vestram admonerem sibi gratissimum fore, si per hunc servum equum aliquem Germanicum levem, pulchrum et iuvenem, quo ipsem in hac peregrinatione uteretur, mitteret. Quod quidem Illustrissimam Celsitudinem Vestram facile facturam spero, nam illi multo facilius est talem dare quam emissarium. Promisit se valachos pro eo bonos remissurum. Caeterum, quod scribam, nec habeo quicquam nec, si haberem, tempus conceditur. Has rudes et incultas literas ut Illustrissima Celsitudo Vestra boni consulat, humiliter rogo. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Celsitudinem Vestram semper incolument servet. Datum Petricoviae, 24 Decembbris 1558.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae
humillimus et fidelis servus
Horatius Curio.

1) *Christophorus Ionas, consil. ducis Alberti.*

2) *Stanislaus Tęczyński.*

1559

N. 579.

s.l., s.d. [1559].

*Bernardus Pretwicz, capitaneus Trembovlensis,
Alberto in Prussia duci
duos iuvenes, Ioannem de Honestis et Alfonsum, sibi a Despota [Iacobo
Heraclide Basilico] commendatos, commendat; aliqua nova scribit.
(Versio ex lingua Polona).*

Sine sigillo.

H B A, B 4, K.455.

Durchleuchtigster, hochgeborner furst etc.

Dyeweil ich E.F.D. undertheniger dyner weiss, das ich an E.F.D. ein gnedigen h. hab, wunschen ich mir auch, das ich an E.F.D. je lenger je gnedigern heren haben mucht. Der gnaden nach hab ich mich understanden, an E.F.D. dieselbige zwei junge gesellen^{a)} in gnaden zu vorschreiben, die mir der her Despott¹⁾ bevolen hat, auch selbst in seinem brif an E.F.D. verschreibt, die E.F.D. allenthalben zu Ir F.D. dinsten gebrauchen wollen lassen und auch tuchtig weren. Dasselbige werden E.F.D. an inen spuren und ehrfaren. Dasselbige wil ich umb E.F.D. gantz underthenig verschulden und verdynnen. Weil, gnedigster furst und her, das ich E.F.D. nu sehr lange nicht geschrieben hab, das hat gemacht, das der fend so lang hie an der grenitz gelegen hat und daselbst auch grossen schaden gethan. Bitte der halben, E.F.D. gantz underthenigst, E.F.D. wollen mir daselbe in gnaden zu gut halten.

Unnd auch derselbe feind bei 50 tausent sehlen gefangen und umgebracht, die gefangnen mit sich umgekert gebracht, das ist durch kein ander ursach geschehen, sondern das der Raxziwil, woywod^{b)} van der Will,²⁾ ire ko. mt. angeret und auch mit seiner red abgefuret, darvon das ir ko. mt. demselben kein glauben geben soll, das wir hie ir ko. mt. geschrieben haben, das der feindt an der grentz war. Durch kein ander ursach ist nicht geschehen.

Ich thue E.F.D. auch zu wissen, das ich denselben feind einmal oder etzlich angefallen und geschlagen und do auch etzliche gefangen nomen und umgebracht. Disse zeitung schreib E.F.D. ich jitzunder zu uf dismal.

Soballt etwas neues alhie were geschehen, so will ich E.F.D. eigentlich zuschreiben und wissen lassen.

Ich thue E.F.D. auch zu wissen, das der Turk³⁾ mit seinem volck und mit den Tattern ausgezogen ist in die felder, dye irer ko. mt. zugehoren. Sie lassen sich auch horen, das sie den Wischnowetzki⁴⁾ suchen wollen, welcher innen entgegenzeucht mit des Moschkowitters⁵⁾ volck mit einer grossen antzall, das sie willens sein, mit einander zu treffen, dofur uns der liebe Gott behutten wolle. Wo^{c)} sie den christen uberhandt nemen sollen, so wirt der tyrranische unchrist uns^{b)} aufflesen nicht anders wie die hunner auss dem korb.

In kortzer tzeit wil ich an E.F.D. meynen diner schiken mit etzlichen rossen und etzlich geffangne Tattern und hirschegewei. Wo auch hie etwas neues wirt geschehen, so wil ich E.F.D. auch eigentlich zuschreiben. Damit wil ich E.F.D. dem almechtigen Gott, meynen gnedigen etc.

- a) *hic in margine additum*: die salbe zwe
gesselen hessen Johannes de Honestis, der
ander Alphonsa (sic).
b) *supra lineam*.
c) *suprascriptum pro expuncto*: das
- 1) *Iacobus Heraclides Basilicus*.
2) *Nicolaus Radziwill « Niger »*.
3) *Solimanus II.*
4) *Demetrius Wiśniowiecki*.
5) *Ioannes IV Basilius*.

N. 580.

Vilnae, 10.V.1559.

Christophorus Alczunius Fridlandensis

Alberto in Prussia duci

rogat, ut eum dux regi Poloniae commendare velit, quo bibliothecae re-
giae praefectus, mortuo iam praecedenti praefecto, Stanislae Cosutio
(Koszutski), nominari possit.

Sigill.

H B A, B 4, K.455.

Illustrissime Princeps etc.

Etsi agnosco non tantum esse facultatis in me, ut meis scriptis insi-
gnem mihi Celsitudinis Vestrae Illustrissimae benevolentiam emereri ullo
modo possim, tamen cum minus dubitem de singulari ac omnium ore de-
cantanda Illustrissimae Celsitudinis Vestrae benevolentia, qua vel omnes
ita amplecti, ita denique prosequi solet, ut neminem auxilii inopem sua
illustri ac heroica gratia vacuum dimittat, quapropter magna spe teneor
Illustrissimam Celsitudinem Vestram meas etiam preces placidis susceptu-
ram auribus.

Inservivi hactenus Magnifico Domino, Domino Alberto Jassinsky, Sa-
crae Regiae Maiestatis archymagiro, typhuno Vilnensi, cui etiam adhuc
inservio. Is mea utitur opera in instruendo et expoliendo honestis praecla-
rarum artium disciplinis ac bonis moribus filio suo. Sunt autem nonnulli
Sacrae Regiae Maiestatis aulici haud postremi, nempe Magnificus Domi-
nus Hiob Braytfus, Burgrabiuss Vilnensis, Sacrae Regiae Maiestatis archy-

tectus, necnon caeteri, qui me vocant ad servitium Sacrae Regiae Maiestatis, promittentes se velle me Sacrae Regiae Maiestati commendare, quo possim Bibliothecae regiae praefici, quod servitium nunc vacat. Mortuus est enim paucis ante diebus Sacrae Regiae Maiestatis bibliothecarius, vir praeclarissimus, Dominus Stanislaus Cosutius. Cum autem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae sim subditus, cuius sub ditione et nunc tota mea familia vivit in Ducatu Illustrissimae Celsitudinis Vestrae Prussiae, humiliter ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram configio, obnixe petens, ut Illustrissima Celsitudo Vestra mihi, subdito suo in omnibus obsequentissimo, hac sua gratia clementer subvenire velit ac me suis literis Sacrae Regiae Maiestati commendare, quo possim in servitorem Sacrae Regiae Maiestatis suscipi ac Bibliothecae regiae praefici. In quo omnino confido, quod mihi Illustrissima Celsitudo Vestra in hoc suam non denegabit gratiam. Nam plurimi in aula Sacrae Regiae Maiestatis subditi Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, quos Illustrissima Celsitudo Vestra suis commendavit scriptis, non in extrema nunc a Sacra Regia Maiestate habentur autoritate. Ego vicissim totis viribus totoque animi impetu sedulo elababoro, ne istud Illustrissimae Celsitudinis Vestrae ad eam sine magno faenore redeat beneficium, sed ut suo quoque tempore iusto fructum uberrimum huius suae clementiae mihi exhibitae metere possit... Datae Vilnae Magni Ducatus Lithuaniae, 10 Maii anno 1559.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae
perpetuum mancipium et subditus
Christophorus Alczunius Fridlandensis.

N. 581.

Rudniki, 11.XII.1559.

*Vincentius Ruszkowski, stipator regius,
Alberto in Prussia duci
de meliore regis valetudine; de regina cum reginulis ante Quadragesimam
Vilnam adventura; de rege in Rudniki morante; de doctore Christo-
phoro Jona, ducis consiliario et oratore, a rege nondum expedito.*

Sigill.

H B A, B 4, K.455.

Durchlauchtigester, hochgeborner furst etc.

Ich kan E.F.D. underthenigest nicht verhalten, wie das sich mit konigk. mt. an der gesundtheit gebessert, allein das seiner mt. das knie nach ein wenig geschwollen ist. Die konigin¹⁾ und die freichen²⁾ ir mtn. werden jegantz XIIII tagen vor Fastnacht ken der Wylda ankommen.

Konigk. mt. die leyt itzo tzu Rudnik in^{a)} der jagt^{b)} und wirdt noch dato den Freytagk noch der Wylda vorruken. Doctor Jonas, E.F.D. rath, leith nach tzur Wylda, ist nach nicht abgefertigt. Verhoff, sobalde seine

mt. tzur Wylda ankommen werde, das er seine abfertigungk bekommen werde.

Diss habe ich E.F.D., m.g.h., underthenigst auf E.F.D. beger nicht verhalten wollen. Auf dismhal hie an konigk. hoffe nichts newes verhanden.

Thue hiemit E.F.G. sampt E.F.G. gemhal³⁾ und F.D. erben⁴⁾ Gott dem almechtigen in langwiriger gesunder regierungk underthenigst enthpfelen, underthengist bittende, E.F.D. wolt mein genedigster her und furst sein. Geben Rudnik den Montagk vor Luciae im 1559 jhar.

E.F.D.

undertenigster diner
Vecens von Rauske.

E.F.D. brieffe ahn ihre konigk. mt. habe ich durch konigk. mt. kemer ferderlich an ire mt. gefertiget.

Konigk. mt., die hat tausent draben und achthundert pferden, daruber der junge h. Kothkowytz,⁵⁾ rithmeiser^{c)} in Eyfflandt, geschickt, die selbe uebergebene schlosser irer konigk. mt. eintzunemen und besitzen. Konigk. mt. hat seine buxenmeister und zimlich geschitz hin in Eyfflandt geschickt. Der eyflendische mester^{b)} der hat seine konigk. mt. durch ein postreiter geschrieben, wie er habe etzliche hundert Moscoviter ni dergelegt.

Der almechtige barmhertzige ewige Gott vorley in weiter seine gothliche genade, heil und gluck etc.

a)-b) *in margine.*

3) *Anna Maria.*

c) *sic in ms.*

4) *Albertus Fridericus.*

1) *Catharina.*

5) *Chodkiewicz.*

2) *Anna et Catharina.*

6) *Gottardus Kettler.*

1560

N. 582.

Lublini, 18.VI.1560.

Horatius Curio

Alberto in Prussia duci

de Comitiis ad 1.IX. Parczoviae indictis et de palatini Lublinensis [Andreae Tęczyński] illuc profectione, « ut arcem et habitationes regias refici curet »; de futura regis electione in eis Comitiis non tractanda; de Tartaris prope Kioviam; de rege Hungariae [Ioanne Sigismundo] filiam Ferdinandi I ducturo; de legatis regis Persarum Constantino-poli morantibus; de novo episcopo Cracoviensi [Philippo Padniewski] post mortem Andreae Zebrzydowski nominato; de simultatibus inter comitem [Stanislaum Tęczyński] et palatinum Vilnensem [Nicolaum Radziwiłł] etc.

Sigill.

H B A, B 4, K.455.

Illustrissime Princeps etc.

Binas iam post discessum meum ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram literas scripsi, quibus tum de publicarum rerum, tum etiam privatuarum omnium statu abunde Illustrissimam Celsitudinem Vestram admonui. Nunc ea, quae recenter acciderunt, breviter exponam.

Comitia prima Septembribus proximi Parczoviae futura Magnifico Domino Palatino¹⁾ per literas amicorum ex aula significatum est, eoque^{a)} ipsemet Dominus Palatinus illhuc hodie profectus est, ut arcem et habitationes regias refici curet. Ad ea Comitia praeparantur nuncii terrestres, quibus (cum in praeteritis Petricoviensibus Comitiis^{b)} multa utiliter^{c)} de Regis electione ipsi^{d)} nuncii attulerint, nihil tamen factum sit) commissum est, ut de futura Regis electione aut electionis ratione et modo nihil agant. Ea enim iam est Polonorum voluntas et opinio, ut tum primum eligant Regem isto defuncto. Dicunt enim fieri aliter non posse, cum neque Rex nec Senatores illorum consiliis^{e)} aut monitis ulla ex parte consentiant. Tum enim putant arma electionis rationem inventura. De caeteris praeter ordinaria nihil hactenus audivi.

Circa Chioviam a Tartaris sunt ad 200 hominum caesa. Hungariae Rex²⁾ Ferdinandi filiam ducturus et hac ratione pacem cum eo facturus omnino

existimatur. Archiepiscopus³⁾ re infecta brevi est redditurus. Turcarum Imperator⁴⁾ cum filio nondum convenit, sed legati Sophi Regis Persarum⁵⁾ sunt Constantinopoli, quibus Turcam promissoe regionem aliquam Persiae vicinam pro filio affirmatur. Quod si accideret, vires suas omnes Turca in Hungariae Regem converteret, nam Hungariae Rex stipendia annua, quae mater⁶⁾ semper dedit legatis Turcicis, ea repetentibus denegavit. Unde Turcae in eum exacerbatio non levis est exorta.

Defuncto Cracoviensi Episcopo⁷⁾ successit Premislensis, Vicecancellarius.⁸⁾ Matrimonium inter Magnificum Dominum Comitem, filium Domini Palatini Cracoviensis⁹⁾ et filiam Palatini Vilnensis,¹⁰⁾ dissolutum est et in nihilum redactum. Unde simultates ab utraque parte. Brevi idem Dominus Comes in Lithuania ad Regiam Maiestatem proficisciatur et inde fortasse Illustrissimam Celsitudinem Vestram inviset. Novi praeterea nihil scriptu dignum habeo. Deus Illustrissimam Celsitudinem Vestram in columem Reipublicae Christianae servet. Datae Lublini, 18 Iunii 1560, furtim.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae
humillimus servitor
Horatius Curio.

- a) sequitur expunctum: illhuc
b) sequitur expunctum: de Regis electione
c) lectio incerta: consilia? utilia?
d) correctum ex: ipsis
e) in ms. cosilis
1) Andreas Tęczyński, pal. Lublinensis.
2) Ioannes Sigismundus.
3) Ioannes Przerembski.

- 4) Solimanus II.
5) Tahmasp I Sophi.
6) Isabella.
7) Andreas Zebrzydowski.
8) Philippus Padniewski.
9) Ioannes Baptista Tęczyński, f. Stanislai,
palatini Cracoviensis.
10) Elisabeth, f. Nicolai Radziwiłł « Nigri ».

N. 583.

Lublini, s.d. 1560.

Horatius Curio

Alberto in Prussia duci

de litteris ducis ad palatinum Cracoviensem [Stanislaum Tęczyński] quas-dam suspiciones excitantibus; de morte episcopi Cracoviensis [Andreae Zebrzydowski] et fratri eius, palatini Brestensis [Bartholomei]; de vicecancellario [Philippo Padniewski] episcopatum Cracoviensem obtenturo; de pace in finibus ex parte Tartarorum et Turcarum; de matrimonio regis Hungariae [Ioannis Sigismundi] cum filia Ferdinandi I; de regina Scotiae in adulterio cum cardinale Lotharingico deprehensa etc.

Sigill.

H B A, B 4, K.455.

Illustrissime Princeps etc.

Tertia nunc dies agitur, ex quo Lublinum ad Illustrissimum Dominum Palatinum Cracoviensem¹⁾ perveni ibique nuncium pedestrem cum literis

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae ad Magnificentiam Suam inveni, ac quoniam aliqua protulerunt Domini isti, ad quos Celsitudo Vestra scripsit, quae reticenda non esse iudicavi, ut quam primum nuncius ille expediretur, curavi.

Cum Dominus Palatinus Cracoviensis literas eas accepisset, mihi legendas tradidit et dixit se non posse cogitare, quo consilio Illustrissima Celsitudo Vestra iis de rebus scriberet. Dicebat se suspicari Celsitudinem Vestram a Regia Maiestate rogatam in gratiam Maiestatis Suae id facere, alii vero dicebant id Celsitudinem Vestram scripsisse, ut Polonorum animos expiscaretur, ac an ab iis auxilia adversus Moschum speranda essent, resciret. Ego vero consilia haec omnia alio divertere et sincerum Celsitudinis Vestrae animum eo in negocio esse, nec nisi ex candido in totum Regnum amore hoc fecisse affirmabam. Quibus verbis ipse Dominus Palatinus acquievit, sed quoniam apud Suam Magnificentiam pro festo Pentecostes ^{a)} Domini et Palatini ac Castellani multi erant, ac inter alios etiam Dominus Stanislaus Ostrorog, non aequae omnes consentiebant. Quod si Illustrissima Celsitudo Vestra mihi indicare dignabitur, quid hoc in negocio loqui possim aut quomodo illud melius excusare, ego pro officio meo et fide id quam libentissime facerem.

Episcopus Cracoviensis ²⁾ mortuus est, necnon illius frater, Palatinus Brestensis,³⁾ eodem fere tempore. Vicecancellarius ⁴⁾ Episcopatum illum nacturus est, ut curaret. In finibus Tartariae et Turciae omnia sunt pacata. Hungariae regulus ⁵⁾ Ferdinandi filiam ducturus videtur et in Ferdinandi partes hac ratione descensurus. Paucis ante diebus Turca ⁶⁾ illius arcem aliquam occupare tentavit, sed est repulsus et 200 equites Turcici imperfecti. In summa post matris ⁷⁾ mortem meliorem de eo omnes spem concipiunt. Uxor hodierni Regis Galliae,⁸⁾ Scotiae Regina,⁹⁾ in adulterio cum Cardinale Lotharingico ¹⁰⁾ deprehensa est et ipse Cardinalis in Italiam aufugit. Ipsi vero Reginae ^{b)} venenum propinatum. Rex lepra laborat et loqui iam dum non potest. Nova nunc praeterea nulla habeo, nec tempus scribendi est. Quare ignoscet Illustrissima Celsitudo Vestra, quod tam rudem et non descriptam epistolam mittam. Utinam Deus Optimus Maximus Illustrissimam Celsitudinem Vestram perpetuo incolumem servet. Datum Lublini 1560.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae
humillimus servitor
Horatius Curio.

a) in ms. Pentekostes vel Pentekrostes

5) Ioannes Sigismundus.

b) sequitur expunctum: vene

6) Solimanus II.

1) Stanislaus Tęczyński.

7) Isabella.

2) Andreas Zebrzydowski.

8) Franciscus II.

3) Bartholomaeus Zebrzydowski.

9) Maria Stuart.

4) Philippus Padniewski.

10) Carolus de Guise.

Cracoviae, 8.VIII.1560.

Horatius Curio

Alberto in Prussia duci

mittit nova « scitu digna et non inutilia » ex Turcia, ex Roma, ex Polonia.

Sigill.

(Annexum: nova ex Turcia, Roma, Polonia).

H B A, B 4, K.455.

Illustrissime Princeps etc.

Mitto nunc iis literis inclusa nova omnia et alia, quae scire potui. Rogo igitur Illustrissimam Celsitudinem Vestram, ne ea negligat, sed legi sibi quam diligentissime curet. Sunt enim scitu digna et non inutilia. Nec molestia afficiat Illustrissimam Celsitudinem Vestram longitudo, nam brevioribus complecti ea non potui. Quam primum plura habuero, ea prescribam et mittam. Rogavit me Illustris Dominus Palatinus Cracoviensis,¹⁾ ut Illustrissimae Celsitudini Vestrae indicarem eum missurum filium suum,²⁾ ut Illustrissimam Celsitudinem Vestram invisat. Et ego ipse cum eo veniam et deducam. Non dubito Illustrissimam Celsitudinem Vestram libenter eum visuram et omnem gratiam ostensuram. Caeterum quod scribam nihil habeo, solum me ipsum Illustrissimae Celsitudini Vestrae commendabo, Deum Optimum Maximum rogans, illi perpetuam sanitatem praestet. Datum Cracoviae, 8 Augusti 1560.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae
humillimus servitor
Horatius Curio.

1) Stanislaus Tęczyński.

2) Ioannes.

Annexum:

Haec nova missa sunt Regi ex Turcia ab Stras,¹⁾ Turcici Caesaris²⁾ interprete, qui a Regia Maiestate stipendum habet.

Caesaris Turcici coniux,³⁾ mater Selimi et Baiazetis, quae Mustapham prius eius artibus tolli curavit, mortua est.

Post matris mortem, cum Selimus et Baiazetes bellum inter se gerere incepissent, uterque illorum preeparabat et quaerebat sibi refugium aliquod ad Regem aliquem alienum, cuius auxilio vel favore melius, quod optaret,⁴⁾ perficeret. Cum Baiazetes iam ad Regem Persiae⁴⁾ configisset ibique humaniter esset exceptus, necnon etiam adiutus, Selimus videns se ab omnibus fere militibus deserit, necnon etiam patrem illius caussa plures vita privasse atque ideo a multis esse in odium adductum, timens, ne idem illi accideret, quod et fratri Baiazeti acciderat, id est patris odium, incepit ipse quoque de patrocinio et asylo aliquo cogitare. Idcirco nuncio ad Dominum Strasz misso, interrogavit, an non cum Regia Maiestate Poloniae posset amicitiam aliquam contrahere, dicens,⁵⁾ si tantum literas ali-

quas amicas a Regia Maiestate acciperet, quod mari Pontico sive Nigro penetrato ipsem fortasse ad Regiam Maiestatem se conferret, ut^{c)} cum eo de rebus omnibus colloqui possit, aut necessitate urgente ad eum transfugere.

Stras iis auditis respondit se de regia in eum benevolentia nihil prorsus dubitare, tamen non posse se prius respondere, quam ad Regiam Maiestatem scripserit et quo sit Regia Maiestas animo, ad unguem intellexerit. Illis etiam saepius responsum urgentibus idem semper respondit et miratur, cum prius de hoc scrispsit, nihil illi adhuc rescriptum esse. Rogat igitur Strasz, iudicans hunc omnino Imperatorem futurum, ut Regia Maiestas respondeat illi ipsi, et Selymo etiam aliquid, quo ostendat illi benevolentiam suam, aut^{d)} misso nuncio aliquo arcano, qui tanquam mercator proficiscatur,^{e)} literas fidei tantum mittat. Erit hoc Selymo nunc etiam gratissimum, nam Baizetes vivit adhuc, etiamsi captivus, et vivum pater habere vult. Rogat etiam, ut Maiestas Sua^{f)} scribat ad quendam Selymi praecipuum consiliarium Iudeum.^{g)}

Matre mortua, foemina pessima, quae multos optimos viros iniuste et innocenter tolli curavit, tantum ut filium suum^{h)} ad imperium promoveret. Caesar quoniam semper de Baizete, etiam ab illius infantia, dubitare et suspicari incepit, constituerat eum, quam primum ex Persico bello rediret, trucidare. Verum consiliarii ipsius animadvertisentes Caesarem duos tantum filios habere, et quod si is tolleretur, alterum vero deindeⁱ⁾ Deus morte auferret, perituram Ottomanicam Familiam, Caesarem rogaverunt, ut ipsi vitam condonaret. Quod ille, rationibus illis auditis, facile concessit.

Baizetes vero, considerans matrem suam esse mortuam ac Selymum a patre necnon ab aliis iuvari, variis agitatus consiliis, tandem gratiam apud omnes sibi omnibus artibus quaerens, Selymum interficere decrevit. Quod Selymus resciens, patri indicavit. Pater vero intelligens, non concescit, ut ambo, solus cum solo vel quisquis in aula sua^{j)} dimicarent, ac ut viverent inter se tanquam fratres et sub poena mortis ne rixarentur. Et utriusque abstulit provincias illis concessas. Selymus statim cessit iis, vero Baizetes tunc primum cessit, cum vi expulsus fuit, ac ad Regem Persiae, sacerum sum, confugit, cuius auxilio, bello a Selymo lacessitus,^{k)} plurima proelia commisit. Verum hac aestate tandem, cum^{l)} consilium mutasset et Regem Persiae interficere vellet, quo deinde totum Regnum occuparet, Rex Persiae, instituto ipsius detecto, ac proditoribus aliquibus ex sua aula captis, Baizetis^{m)} milites omnes, qui erant equitum 12 millia, ad unum interfecit ac Baizetem vivum cepit et caveae ferreae imposuit, ubi ad hoc usque tempus manet.

Caesar Constantinopolitanus filii casum maiorem in modum dolet et legatos ad Regem Persiae mittit pro eo, omniaque est experturus, ut aut vivum habeatⁿ⁾ aut mortuum ulciscatur.

Ex Roma.

Scribitur ex Roma classim Hispanicam circa promontorium, quod Zerbi^{o)} hodie vocatur, fusam esse, ubi captae sunt naves magnae onerariae

14, triremes 15, una cum veteranis militibus optimis. Perierunt praeterea, quae in manus Turcarum non pervenerunt, naves multae. Prorex Siciliae⁶⁾ fere captus erat, sed aufugit. Is erat classis huius praefectus. Ita vero accidit.

Classis missa erat, ut Tripolim obsideret ac caperet. Imperator vero classis ad occupandam Tripolim^{o)} multum conducere putavit, si in hoc loco Zerbi propugnaculum aliquod conficeret et ibi milites constitueret. Fecit igitur, et cum alimenta inferre vellet, dum in ipso sinu tota classis iaceret, nuncius adfertur^{p)} de adventu Turcicae classis. Prorex nuncio auditio triremes duas mittit, quae speculentur. Illae ex sinu exeuntes statim Turcicam classim cognoverunt et bombardarum strepitu signum suis dederunt. Quod Prorex intelligens, statim suos ingredi iussit et onerari. Sed cum id non ita cito fieri posset, prout navis sive triremis una erat onusta, discedebat et sic aliae. Ecce advenit Turcica classis et eas omnes triremes, quae adhuc ex sinu eo non exiverant, capit, exceptis, quae in sinu sub ipso propugnaculo erant, a militibus tractae. Milites propugnaculum ingressi. Quod propugnaculum adhuc obsidetur et sine dubio capietur, nam inedia laborant. Victus enim impositus pro 9 mensibus ad 2 millia militum non sufficit nunc 6 milibus. Inter eas triremes, quae captae sunt, erant aliquae Pontificis, Genuenses et Florentinae.

Ex Polonia.

Dominus Archiepiscopus⁷⁾ Vienna ante duas hebdomadas rediit.^{r)} Dominus Palatinus Cracoviensis⁸⁾ propter quaedam gravia sua negocia ad eum profectus^{s)} est in Cestokova opido, Virginis Mariae idolo claro.^{t)} Ubi et ego, rogatus a Domino Palatino, proficiscebar.^{u)}

De negotiis Barensibus, primum summam illam pecuniae redditurum se promittit Philippus, sed cum nunc ob bella praeterita et nunc Turcica exhaustus sit, petit a Rege, ut^{v)} temporis aliquid concedat. Gemmas et clenodia iam iam reddebat, sed cum neque omnia essent nec eadem, nam adulteritiae erant suppositae, accipere Archiepiscopus nequaquam voluit.

Quod ad ipsum Bareensem Ducatum attinet,^{w)} per menses quatuor Archiepiscopus legatum expectavit Philippi, qui secum excellentes doctores adducturus erat, ut de iure ipsius disputarent; sed dum ille expectat, nuncius affertur eum venientem^{x)} in itinere Venetiis morbo correptum esse, ideo ulterius procedere non posse. Quod Archiepiscopus audiens, discessit.

De Rege Hungariae,^{y)} pro quo Rex Poloniae intercedebat, haec acta sunt. Rex Hungariae petebat a Caesare¹⁰⁾ filiam in matrimonium iis conditionibus, ut Caesar illi totam eam partem Hungariae, quae est citra flumen Cise, loco dotis concederet et Rex Hungariae vocaretur. Caesar respondit filiabus suis iam esse dotem paratam, nec uni se magis velle dare quam alteri, sed tamen daturum se illi filiam iis conditionibus, ne Rex^{y)} Hungariae vocetur nec scribatur. Sed tantum^{aa)} Transilvaniae Dominus, se vero Transilvaniam illi totam concessurum ita, ut Caesarem pro Domino suo agnoscat et feudum ab^{ab)} eo accipiat. Legati discesserunt respondentes se Domino suo relaturos esse omnia. Verum si rescierit Caesar Turcicus eum ambivisse Ferdinandi^{ac)} amicitiam, de eo actum erit.

De Comitiis nihil auditur. Aliqui sperant nunc, quandoquidem Archiepiscopus rediit, fortasse futura, alii omnino negant Regem unquam in Poloniā redditurum. Exacerbati certe sunt totius nobilitatis animi in omnibus partibus Regni. Murmurant multi in Polonia multa de futuri Regis electione. Multis Moscus¹¹⁾ placet. Audivi qui dicerent: Cur Moschum, Principem a nostra religione non valde remotum, christianum utique, non eligeremus nobis Regem, cum prius Lithuaniae Ducem,¹²⁾ quamquam et religione et moribus prorsus a nobis differentem, nobis asciverimus. Quod si dicatur Moschum esse tyrannum, respondent multo maiorem fuisse tyrannum Ducem Lithuaniae, apud quem neque nobilitas ulla prius fuerit admissa, sed aequaliter rustici omnes fuerint. Haec et alia multa in conviviis et privatis colloquiis audivi, nemo tamen interim est, qui neget filium Celsitudinis Vestrae Illustrissimae,¹³⁾ si per aetatem liceret, Regi successurum et infiniti, imo pene omnes, interrogant me de ipsius indole singulis fere diebus saepiusque idem repetunt.

Pontificis¹⁴⁾ legatus, Camerinus Episcopus,¹⁵⁾ ante aliquot hebdomadas hic venit, ut Regiam Maiestatem ad Concilium generale invitet, hicque religionis statum inspiciat Regemque ad nihil contra Catholicam Ecclesiam Romanam admittendum adhortetur. Homo est mollis, indoctus, levis et altero defuncto¹⁶⁾ inferior, a nemine hic Cracoviae unquam invitatur aut invisitur, imo ab omnibus et ipsismet sacerdotibus spernitur; religionis etiam ipse prorsus nullius est.

Illustris Domini Palatini Cracoviensis filius,¹⁷⁾ qui ex Gallia nuper rediit, per omnia valde egregius adolescens et maxime in hoc Regno expectationis, quem omnes admirantur, invisunt et comitantur ac angelum etiam vocant, post tres vel quatuor hebdomadas ad Regiam Maiestatem Vilnam est profecturus, ubi quam primum per tres vel quatuor hebdomadas permanserit, Celsitudinem Vestram omnino est invisurus ac officia sua delaturus. Non dubito Illustrissimam Celsitudinem Vestram occasionem hanc non neglecturam, gratiam suam et benevolentiam huic primati fere inter Dominos Regni ostendendi. Predicabit enim ipse deinde Illustrissimae Celsitudinis Vestrae bonitatem per totum Regnum, quemadmodum et Dominus ab Ostrorog¹⁸⁾ facit. Egomet eum ad Celsitudinem Vestram Illustrissimam, a Domino Palatino rogatus, deducam.

Palatinus Valachiae¹⁹⁾ multis incommodis vicinos suos, Regiae Maiestatis subditos, et alios per regionem suam euntis afficit, nulla privilegia prius illis concessa servat. Regia Maiestas ad Senatores suos scripsit, petens consilium. Legatos etiam, magnos viros, qui in ipsius Comitiis futuri erant, admittere noluit. Unde omnia inimica ab eo expectanda videntur.

De matrimonio sororum Regis admiratur hic omnibus et pudet multos, quod Regiae Maiestatis servi et officiales fucum Vergerii necnon sociorum illius intellexerint. Ita enim ipsi loquuntur. Non sine magno tamen consilio id factum esse existimant. Nam dicunt aliqui Vergerium a Palatini Vilnensis²⁰⁾ instinctu haec omnia tractasse. Palatinum vero Vilnensem propterea id fecisse, ut facta spe Regiae Maiestatis de sororibus nubendis,

interim ipse aliquid obtineret. Incipit enim iam Palatinus Vilnensis apud Regiam Maiestatem minoris autoritatis esse. Summus Camerarius suam prorsus amisit, quae summa erat.

- a) *in ms.* optarent
- b) *sequitur expunctum:* quod
- c) *supra lineam.*
- d) *sequitur expunctum:* li
- e) *sequitur expunctum:* missio
- f) *sequitur expunctum:* ut
- g) *sequitur expunctum:* nomine
- h) *sequitur expunctum:* Balazetem
- i) *sequuntur 2 litterae expunctae.*
- j) *sequitur-expunctum:* non
- k) *sequitur expunctum:* sup
- l) *sequitur expunctum:* duo
- m) *sequitur verbum expunctum.*
- n) *sequitur expunctum:* aut
- o) *in margine.*
- p) *in ms.* afertur
- r) *sequitur expunctum:* ego
- s) *requitur expunctum:* ad
- t)-u) *in margine.*
- v) *sequitur expunctum:* ut
- w) *supra lineam.*
- x) *sequitur verbum expunctum.*
- y) *sequitur expunctum:* ut
- aa) *sequitur expunctum:* Trans
- ab) *in ms.* ad
- ac) *sequitur expunctum:* ami
- 1) *Ioachimus Strasz (Ibrahim Bej).*
- 2) *Solimanus II.*
- 3) *Roxolana.*
- 4) *Tahmasp I Sophi.*
- 5) *Djerba, insula.*
- 6) *Ioannes della Cerda, dux de Medina Coeli.*
- 7) *Ioannes Przerembski.*
- 8) *Stanislaus Tęczyński.*
- 9) *Ioannes Sigismundus.*
- 10) *Ferdinandus I.*
- 11) *Ioannes IV Basiliades.*
- 12) *Vladislaus Jagello.*
- 13) *Albertus Fridericus.*
- 14) *Pius IV.*
- 15) *Berardus Bongiovanni.*
- 16) *Camillus Mentuatus (Mentovato).*
- 17) *Ioannes Baptista Tęczyński.*
- 18) *Stanislaus Ostrorog.*
- 19) *Alexander Lapușneanu, pal. Moldaviae.*
- 20) *Nicolaus Radziwiłł « Niger ».*

N. 585.

Lublini, 9.X.1560.

Horatius Curio

Alberto in Prussia duci

de negotio ducis apud palatinum [Cracoviensem?] a se promoto; de mandato regio contra despotam [Iacobum Heraclidem Basilicum] edito; de auxiliis despotae ab imperatore latis; de motibus in Gallia ob causam religionis excitatis; de bello inter duces Florentiae et Paruae futuro; de nulla spe Concilii; de mercatoribus Turcicis propediem cum novis adventuris.

Sigill.

H B A, B 4, K.455.

Illustrissime etc.

Literas Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, per Chechanski,²⁾ servitorum suum, missas, una cum literis Illustris Domini Palatini accepi, ac quamprimum ut servus is expediretur, curavi. Negocium etiam illud iussu

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae apud Suam Illustram Magnificentiam promovi ac satis facilem in omnibus, quae Illustrissima Celsitudo Vestra scribit, inveni. Quae autem sint impedimenta, ex literis Magnificentiae Suae Illustrissima Celsitudo Vestra facile intelliget. Ipse, quod ad se ipsum attinet, si modo adsit aliorum ordinum consensu, promittit filium cum centum equitibus ac totidem peditibus propriis impensis mittere, idque Suam Magnificentiam facturam non est, quod a quoquam dubitetur. Sunt aliorum Senatorum multorum animi magis ab hoc alieni quam ipsius.

Literas omnes, quas ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram^{a)} misi, an acceperit, ut sciam, multum interest. Nam si aliquas non accepisset, necesse esset eadem repetere. Quare ut Illustrissima Celsitudo Vestra me de hoc certiore fieri curet, opto. Si modo numerum scirem, sufficeret, et diem datam ac locum. Scripsi enim multa, quae magni erant momenti.

Quae nunc nova ferantur, paucis amplectar. Primum contra Despotem,¹⁾ qui iam multorum Polonorum nobilium auxiliis fultus Valachum^{b) 2)} bello petere volebat, nuper mandatum Regiae Maiestatis prodiit,^{c)} continens primo, ut^{d)} is, ubicunque fieri poterit in finibus, comprehendatur una cum iis omnibus, qui eum sequuntur, et^{e)} in eos omneis, tanquam in perturbatores pacis publicae ac foederum Regni fractores, animadvertisatur. Quae res quanti sit et Despota et aliis periculi, quivis cernit. Ideo illius conatus omnes vani erunt et de vita erit, quod sibi timeat una cum suis.

Valachus ultra 40 millia hominum iam in finibus habuit, ut vim repelleret. Despotes aliqua auxilia ab ipso Caesare hodierno³⁾ habuit, sed quo consilio id Caesar fecerit, non dubito Illustrissimam Celsitudinem Vestram intelligere. Ea enim ratione Turca⁴⁾ in aliam partem diverteretur.

In Gallia de religione motus sunt multi excitati ita, ut libertas omnino speretur. Praeterea nulla. In Italia inter Ducem Florentiae⁵⁾ et Parmae⁶⁾ bellum futurum a multis existimatur, nam eorum uterque exercitum colligit. Quae spes Concilii a Pontifice⁷⁾ facta erat, ea iam nulla est, et quo ulterius, eo minus speratur. Ex Turcia iam indies nova expectamus, nam mercatores Turcici propediem sunt futuri. Praeterea nova habemus prorsus nulla. Illustrissimam Celsitudinem Vestram quam optime valere ac ut clementia sua me prosequi dignetur, humiliter rogo. Datum Lublini, 1560, Octobris 9.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae
humillimus servitor
Horatius Curio.

a) sequitur expunctum: accepi
b) sequitur littera: p
c) sequitur expunctum: primo
d) sequitur littera expuncta.
e) sequitur expunctum: ii
z) sic in ms.

1) Iacobus Heracles Basilicus.
2) Alexander Lapušneanu, pal. Moldaviae.
3) Ferdinandus I.
4) Solimanus II.
5) Cosmus I de Medicis.
6) Octavius Farnesius.
7) Pius IV.

Hrubieszów, 28.XII.1560.

*Horatius Curio**Alberto in Prussia duci*

de morte (3.XII.) palatini Cracoviensis [Stanislai Tęczyński]; de filii eiusdem [Ioannis] Lublino Vilnam ad regem discessu; de rebus despotae [Iacobi Heraclidis Basilici]; de nuntio regis Poloniae ad palatinum Moldaviae misso; de Concilio in Gallia indicto et de cardinali Farnesio ad id impediendum misso; de nobilitate in Polonia a magnatibus indies magis discedente; de Stanislao Ostroróg duci se commendante; de palatino Podoliae [Ioanne Mielecki] aegrotante; de praesumpta morte Ioannis Tarnowski, castellani Cracoviensis.

*Sigill.**H B A, B 4, K 455.**Illustrissime Princeps etc.*

Paucis ante diebus Lublino scripsi ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram de morte Illustris et Magnifici Domini Palatini Cracoviensis,¹⁾ Illustrissimae Celsitudinis Vestrae amici optimi et Domini mei ac, ut ita dicam, parentis gratiosissimi. Mortuus est 3^a Decembris, die Martis, hora 23, maximo cum amicorum omnium luctu.

Filius²⁾ tertia post patris mortem die Lublino Vilnam, insepulto patre, discessit, ut negocia quaedam apud Regiam Maiestatem absolveret, quae moram non patiebantur, videlicet de Lublinensi capitaneatu et aliis quibusdam, quae longum esset scribere. Post ipsius mortem in palatinatu Cracoviensi ei, ut omnes affirmant, Cancellarius³⁾ successit, nec tamen sigillum vult relinquere, sed ut vorax lupus omnia retinere, non sine omnium fere invidia et murmuratione, vult.⁴⁾ In Belzensi capitaneatu Castellanus Lublinensis⁴⁾ vel Camerarius Gnesnensis⁵⁾ Castellanus successurus ab omnibus existimantur. Reliqui capitaneatus filio sunt relictii, egregio certe adolescenti et digno, qui in Republica promoveatur, ubi virtus et familiae splendor locum habet.

De Despota⁶⁾ quid actum sit et quam male ei successerint sua omnia, iam satis scripsi. Nunc id non omittam dicere, quod hic^{b)} apud omnes divulgatur: Despotam ad id bellum contra Walachum⁷⁾ ab Illustrissima Celsitudine Vestra accepisse florenorum decem millia. Quod cum ego falsum esse non dubitem, falsum etiam esse omnibus persuasi.

Missus est nuper a Maiestate Regia ad Palatinum Valachiae nuncius cum literis ad excusandam Maiestatem Suam apud eum, quod ad Despotam attinet, et ad omnia amica ab eo expectanda indicandum. Exceptus est is nuncius ab eo amicissime et donatus satis liberaliter, responditque ei se de gratia et amicitia Suae Maiestatis semper fuisse optime persuasum, nunc vero maxime confirmatum, quod cognoverit Maiestatem Suam etiam arma contra ipsius hostem sumpsisse, a cuius conspectu hostis ipsius statim aufugere coactus est et ita omnes ipsius vires dissipatae.

Nova hic nulla habemus. A Tartaris fines sunt tuti, ex Hungaria nihil auditur. In Gallia Concilium nationale indictum erat pro prima Februarii. Eo Pontifex⁸⁾ Cardinalem Farnesium⁹⁾ ad id impediendum miserat, promittens Concilium Generale. Quid obtinuerit, ignoratur. Ex Italia et Germania, quoniam iam dudum Cracoviae non fui, nihil scio. De nostris quae habeo, scribere non audeo. Nobilitas a magnatibus indies magis discedit. Regem magis amare videntur, nec dubito, quin si Regia Maiestas ab equestri ordine aliquid peteret, facile obtaineret, si modo benevolentiam eius erga se agnoscerent. De Regni successore nihil auditur, nisi quod omnes hanc vocem ubique proferunt: Moscum¹⁰⁾ esse dignum quovis Regno ob illius inclitas virtutes, praecipue vero militarem animum. Ne^{z)} desunt, qui audeant dicere se eum Regem electuros, si ei regia soror¹¹⁾ locabitur. Non est, quod quisquam dubitet, habet enim in Lithuania fautores maximos. Sed de his coram.

Ego cum hinc, ubi cum Magnifice Domino Stanislae Ostrorog veneram, discessurus cum eodem essem, incidi in nuncium hunc, qui se expectare non posse dicebat. Ideo hic manere coactus sum, ut has literas scribebam. Dominus Ostrorog etiam libentissime scripsisset, sed cum ob nuncii celeritatem non posset, rogavit me, ut eum Illustrissimae Celsitudini Vestrae comendarem et scribebam nihil nunc esse, quod scribat, nisi hoc: omnes mirum in modum mirari, quod iam a quatuor hebdomadis nullius ex Lithuania nuncius venerit, quorum aliquando una die quatuor et quinque adesse solebant, suspicanturque omnes aliquid, quod Celsitudo Vestra facile intelligit esse. Est certe amicus Illustrissimae Celsitudinis Vestrae Dominus Ostrorog et studiosissimus illius. Ego hic in Russia apud eum fui ab eo vocatus, eundo in Podolię pro equis et etiam, ut intelligerem aliqua. Palatinus Podoliae,¹²⁾ qui est Summus Marschalcus, valde aegrotat, ita ut medici de vita illius dubitent. Dominus Tharnovius, Castellanus Cracoviensis, mortuus ab omnibus dicitur. Haec sunt, quae furtim scribere licuit. Nuncium nactus, plura scribam et tandem ipse veniam. Tandem Illustrissimam Celsitudinem Vestram optime valere opto. Datum Rbieszow in Russia, 28 Xbris 1560.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae
humillimus servus Horatius
Curio subscrispsit.

- a) *supra lineam.*
- b) *sequitur littera expuncta.*
- z) *sic in ms.*
- 1) *Stanislaus Tęczyński.*
- 2) *Ioannes Baptista Tęczyński.*
- 3) *Ioannes Ocieski.*
- 4) *Florianus Żelechowski.*
- 5) ?

- 6) *Iacobus Heraclides Basilicus.*
- 7) *Alexander Lapușneanu, palatinus Moldaviae.*
- 8) *Pius IV.*
- 9) *Alexander.*
- 10) *Ioannes IV Basiliades.*
- 11) *Catharina Jagellonica.*
- 12) *Ioannes Mielecki.*

1561

N. 587.

s.l., s.d.

*Horatius Curio
ad usum Alberti in Prussia ducis
relatio de rerum statu in Polonia et in exteris regionibus.*

Sigill.

H B A, B 4, K.455.

Magnifici Domini Ostroroghi¹⁾ mandata.

Praemissa salutis et foelici rerum omnium imprecatione.

Repetit Sua Magnificentia negocium, hic a se ipso inceptum, de bonis aliquibus aut capitaneatu emendis vel pignore vel quavis alia conditione accipiendis. Rogat denuo Illustrissimam Celsitudinem Vestram, ut, si eiusmodi aliqua occasio sese offerat, illius non obliviscatur. Hoc enim se non lucri cupiditate vel commodi alicuius alterius desiderio, sed solo amore ac serviendi studio, necnon rerum Polonicarum miserrimo statu ac pene ruentis Regni ipsius cardinibus, ad locum quietiorem configiendi potestatem pertrahi. Quoniam audivit Dominum Tharlo²⁾ possidere bona aliqua sub Illustrissima Celsidine Vestra, cuperet summopere vel^{a)} illo voluntarie cedente, vel morte absumpto, in eis succedere aequis conditionibus. Certiores etiam reddit Illustrissimam Celsitudinem Vestram de practicis, quae in Polonia sunt de successione Regis: Ferdinandum scilicet cupere et filio illud practicare. ^{b)}Konarsky³⁾ negocium officiosissime literis suis commendat.^{c)} Ad haec datis fidei literis tantum, mihi vero instructione respondendum erit.^{d)}

Dominus Bonarus,⁴⁾ Castellanus Biecensis.

Respondet ad literas Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, quibus adhortabatur eum et caeteros Senatores, ut contra^{e)} Moschum⁵⁾ Regiae Maiestati auxiliarentur. Ut caeteri pene omnes, dicit sine Comitiis difficile res eiusmodi tractari posse. De vino etiam scribit, quomodo sit huc mitendum.

Dominus Procopius.⁶⁾

Officia sua defert et indicat bellum in Hungaria futurum, cum iam induciarum finis sit. Ideo Regem Hungariae⁷⁾ vocasse servos omnes suos

et mandasse, ut quam plurimos servos susciperent. Praeterea petere equum pro grege et alcinas pelles.

Quae ipse relatu digna existimavi.

Primum quam miserandus sit nunc Poloniae status,^{f)} ubi stupra, adulteria, violationes, homicidia et omnia facinora quotidie perpetrantur impune, nec iustitiae locus est ullus. Senatores vero precipuos,^{g)} qui huiusmodi malis mederi deberent,^{h)} de nulla re minus sollicitos esse. Thesauros tantum colligere odiisque mutuis se invicem prosequi. Equestrem autem ordinem nobilium, vel huius vel illius partes sequendo, propria consumeare. Cupere plerosque in Polonia rationem aliquam invenire, quae haec imminens ruina retineri et mederi possit. Consilia etiam plerosque Suae Celsitudinis audire desiderare. Videre omnes futurum malum.

[2.] Eos, qui Evangelicam religionem puram suscepérunt, vim aliquam Episcoporum timere, neque sine causa, et ideo omnes paratos esse ac expectare, quod si aliquid sacerdotes inceperint, non sine magna sanguinis effusione civile bellum exortum iri. Cuius finis quid allaturus sit, quivis ingenio aliquo praeditus facile cogitare potest: p[re]a foribus hoc esse.

[3.] Castellatum Cracoviensem⁸⁾ una cum Palatino⁹⁾ mirabilia habere consilia de Regis successione, necnon Castellatum Cracoviensem ius aliquod praetendere ad Regnum Poloniae, quod filius¹⁰⁾ ipsius uxorem¹¹⁾ habeat ex Masoviticorum¹²⁾ Ducum genere, quibus cum Regibus Poloniae mutua successio erat. Eum Illustrissimae Celsitudini Suae non favere et factum valde esse, eique credendum non esse, nam dixisse aliquando nulla ratione Principem Germanum, nullo modo in Regem esse eligendum, nisiⁱ⁾ sub tyranno vivere cupiant Poloni; Ducem quidem Prussiae obtrudere filium¹³⁾ suum, sed nihil esse verum. Illius conatus mors sine dubio p[re]aeveniet, nam et stare et sedere ac loqui vix potest, iacet semper.

4. Castellatum Sandomiriensem, Curiae Regiae Marschalcum, Macziovum,¹⁴⁾ inimicitias fratris defuncti sui, Episcopi Cracoviensis,¹⁵⁾ cum Sua Celsitudine perseverare, non quidem aperte, sed ita, ut facile agnosci possit, qualis sit eius animus. Fingit enim se amicissimum, sed aliter et facit et loquitur, quamvis tecte.

5. Palatinum Vilnensem¹⁶⁾ una cum practicis suis omnibus, quae iam satis detectae sunt, magno^{j)} in Polonorum odio esse. Praedicari etiam ab omnibus eum apud Regiam Maiestatem gratiae magnam partem amisisse.

6. In Polonia apud Dominos fere omnes de Sabini¹⁷⁾ legatione multa dici irriderique. Omnes sui ab eo cathenas acceperunt, una cum effigie Sigismundi Marchionis,¹⁸⁾ solereque dicere agnisci inter Senatores eos, qui Marchionis partes tueruntur,^{k)} ex cathenis (quas vocant aeneas, quia Rhenensis auri sunt), sicut^{l)} sacerdotes ex capitibus rasura. Quae res quanto sit illis Principibus ludibrio, vix dici potest, et detimento. Est etiam fama, quod simultaneam illam Ducatus Prussiae investituram, quam in praeteritis Comitiis obtinuerunt, renunciare velle ob eam caussam, quod de altera legationis parte et delusi sint et nihil effecerint.

7. De Despota¹⁹⁾ quod dicatur Suam Celsitudinem ei 10 millia florinorum dedisse ideoque in Polonia multa spargi ab Sacerdotibus, p[re]a-

sertim quae mihi non placent, ut Sua Celsitudo iubeat mihi, quomodo haec opinio ex hominum animis delenda sit.

8. Archiepiscopi Gnesnensis²⁰⁾ animum esse valde exacerbatum in hodiernum Caesarem²¹⁾ eo, quod ibi satis frigide sit exceptus et tractatus, cum ipse magna pompa illhuc esset profectus. Prius enim valde Caesaris partibus favebat, et ut integrum religionem papisticam in Polonia servaret, Regem ex ea familia non recusasset.

9. Polonus nulla ratione adiuturum Regem contra Moschum, nisi ipsem in Poloniam proficiscatur et Comitia Regni celebret; non dengaturos quidem stipendiarios milites, necnon multos etiam ad regiam gratiam aucupandam profecturos, sed communi Regni consilio non adiuturos.

10. Multos esse in Polonia militiae praefectos, qui sperent Suam Celsitudinem milites collecturam, eosque iam id maxime cupere et libenter Celsitudini Suae servire velle, imo iam apud me aliquos operam etiam detulisse et rogasse, ut certiores eos redderem, quid futurum esset.

11. Moschum in Polonia multos habere et magnos fautores, sed, quod maximum, totam pene nobilitatem favere et magnis ab omnibus laudibus extolli, solereque dicere non abhorrendum esse a Principe Moscho, cum prius a Lithuano,²²⁾ multo barbariore, non abhorruerint, apud quem neque religio nec leges nec nobilitas ulla erat. Deinde malle se a septentrione Principes habere, quam ab oriente. Bonum esset, si de hac bona ex illorum animis Moschi opinione auferenda mihi aliquid describeretur, quo ego, qui ubique cum eis continuo sum, melius contrarium ostendere ac probare possem.

12. Esse etiam multos, praesertim qui evangelicam veritatem sumpserunt, qui et Principi et filio illius²³⁾ bene velint et promovere ad coronam cupiant omnino, neque omnino esse desperandum, imo certissimo credendum, si bellum contra Moschum erit, eum successurum; interrogare multos continuo de indole istius Principis iunioris.^{m)}

13. Regis in Poloniā adventus pro festo Pentecostes sperantur,^{z)} nam si bellum futurum est, necesse omnino est eum venire, si auxilia habere voluerit. Et Comitia futura ob eam caussam omnino sperant.

14. In Warschaviensi Synodo, in qua praeter omnes Episcopos nemo fuit nisi Cancellarius,²⁴⁾ aiunt primum tractatum esse de Lutherana haeresi extirpanda, deinde de auxiliis Regiae Maiestati ad bellum ferendis, ubi centum millia statuerunt danda esse a sacerdotibus. Discordia deinde inter Archiepiscopum et Episcopum Cracoviensem²⁵⁾ ob literas alias inventas sedata est, Legati ad Concilium electi; qui vero sint, necscitur.

15. Adhortandam Celsitudinem Suam denuo ad sedandum Konarsky negotium et respondendum Domino Ostrorog, qui nomine omnium amicorum suorum, videlicet Palatini Russiae²⁶⁾ et aliorum, rogatus est, ut intercedat pro eo, ut gratiam Sua Celsitudo pro servitiis suis aliquam ostendat.

16. De navibus, quas Veneti hic vellent curare, fieri, ut Celsitudo Sua cogitet rem esse magnae utilitatis,ⁿ⁾ plurimas fieri vellent et satis

liberaliter persolvere, nam hic sine ulla comparatione viliori precio esse, ut Sua Celsitudo aliquid de eo dicat. Et si accidat mihi ipsi per occasionem Venetias proficisci, si ita exigeret negocium hoc, ut literas etiam commendatitias ad Serenissimum Senatum^{v)} daret.

17. Ut Sua Illustrissima Celsitudo ad Palatinum Sendomiriensem, Spitek Jordanum, aliquid scribat per me, necnon ad Cancellarium, qui futurus est^{p)} Palatinus Cracoviensis; et ad Dominum Bonarum, quibus et me, servitorem suum, commendet et alia, si quae sunt, iniungat.

18. Hungariae regulum,²⁷⁾ qui prius in magna apud Polonos gratia erat, nunc in nulla prorsus esse eo, quod haec in Polonia sparsa sit fama Turcarum Caesarem²⁸⁾ eum Regem Poloniae habere velle, ut deinde ipse et Hungariam et Polonię possideat; et alia multa ad mores proprios ipsius pertinentia dicuntur, quae Polonorum animo alienare.^{q)}

- a) sequitur expunctum: eo
- b)-c) in margine.
- d) sequuntur duae litterae.
- e) supra lineam.
- f) sequitur expunctum: ubi
- g) supra lineam.
- h) sequitur verbum expunctum.
- i) supra lineam.
- j) in ms. mango
- k) sequitur expunctum: sicut
- l) sequitur expunctum: ex
- m) sequitur non expunctum: se
- n) sequitur expunctum: nam
- o) sequitur expunctum: dara
- p) sequitur expunctum: Epi
- q) excipit imperfecte.
- z) sic in ms.
- 1) Stanislaus Ostrorog.
- 2) Gabriel.
- 3) Marcellus (?).
- 4) Ioannes Boner.
- 5) Ioannes IV Basilides.
- 6) Procopius Sieniawski.
- 7) Ioannes Sigismundus.
- 8) Ioannes Tarnowski.
- 9) Stanislaus Tęczyński.
- 10) Ioannes Christophorus Tarnowski.
- 11) Sophia Odrowąż.
- 12) Anna dux Masoviae, mater Sophiae Odrowąż.
- 13) Albertus Fridericus.
- 14) Stanislaus Maciejowski.
- 15) Samuel Maciejowski.
- 16) Nicolaus Radziwiłł « Niger ».
- 17) Georgius Sabinus (Schuler), rector Academiae Regionantanae.
- 18) Sigismundus marchio Brandenb., archiep. Magdeburgensis.
- 19) Iacobus Heracles Basilicus, pal. Moldaviae.
- 20) Ioannes Przerembski.
- 21) Ferdinandus I.
- 22) Vladislaus Jagiełło.
- 23) Theodorus Ioannides (Fedor Ivanovič).
- 24) Ioannes Ocieski.
- 25) Philippus Padniewski.
- 26) Nicolaus Sieniawski.
- 27) Ioannes Sigismundus.
- 28) Solimanus II.

N. 588.

s.l., 14.IV.1561.

Horatius Curio

*Friderico a Kanitz, ducis in Prussia consiliario,
de navibus onerariis a duce Alberto aedificandis et Venetis vendendis*

Sigill.

H B A, B 4, K.455.

Kanize, Frater charissime.

Etsi ad aliquot tantum dies mihi carendum sit presentia tua, tamen recordatio discessus integri et solitudo, in qua hic versor, ac illa ipsa

hesterna separatio mihi acerbissima fuit. Fascinatum animum meum a te esse credo, ita aegre te careo. De rebus meis etsi non puto te admonendum, cum non secus ac de^{a)} propriis te sollicitatum fore non dubitem, tamen propter negotiorum multitudinem repetere non gravor. Cum una cum Principe Illustrissimo leges illud meum scriptum, efficies primum, ut ille omnibus respondeat et committat, quae opus erit aut quae voluerit habita iam per me occasione, et si quae putabit necessaria, sicut non dubito semper esse aliqua.

Ubi leges caput unum in fine, in quo ego de magnis onerariis navibus scribo Venetis aedificandis, adhortato Principem, ut eam suscipiat provinciam, nam res erit Suae Celsitudini utilis valde. Quod si Celsitudo Sua id suscipiet, dabunt illi nobiles Veneti semper ante praefixum tempus 10 et 12 millia florenorum et tot naves accipient, quot ille aedificare voluerit. Et sed^{z)} hic habes conditiones breviter descriptas, quas ut Principi quam primum ostendas et cum eo serio agas, hortor. Commodum enim et Principi et aliis multis erit. Quod si ita requisierit negocium, ego ipse Venetas proficiscar. Vale et me ama. 14 Aprilis 1561. Konarskium saluta.

Horatius Curio
manu propria.

a) *supra lineam.*

z) *sic in ms.*

N. 589.

In itinere, 28.V.1561.

Horatius Curio

Alberto in Prussia duci

de morte castellani Cracoviensis, Ioannis Tarnowski, et palatini Podoliae, Ioannis Mielecki; de militibus in Polonia ad expeditionem Livonicam colligendis; de matre ducis Ferrariae, a filio male tractata, in Galliam projecta; de morte ducissae Ferrariensis; de obitu despota [Iacobi Heraclidis Basilici].

Sigill.

H B A, B 4, K 455.

Illustrissime Princeps etc.

Cum occasio mihi ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram scribendi sese offerret, committere nolui, quin haec pauca scriberem ex itinere. Castellanus Cracoviensis, Dominus Comes a Tharnow, die Veneris post meridiem vitam cum morte commutavit, rebus suis prius bene compositis. Palatinus Podoliae etiam aliquot ante ipsum septimanis mortuus est, Mielatzki vocabatur. In Polonia ubicunque milites, tum pedites, tum equites, colliguntur ad expeditionem Livonicam, libenterque omnes stipendia moarent, multi etiam privati Barones et Domini Poloni propriis impensis ad

eandem expeditionem sese parant et iam plerique parati sunt. Unde spero utique non parva Maiestatem Suam ex Polonia habituram auxilia. Ex^{a)} Italia nihil aut parum intellexi, cum nondum Cracoviam pervenerim, tamen hoc certum est: Ducis Ferrariae¹⁾ hodierni matrem,²⁾ Regis Ludovici etc. filiam, quod male a filio tractaretur, ex Italia in Galliam se contulisse. Ducissa Ferrarensis,³⁾ Ducis Florentiae⁴⁾ filia, mortua est. Unde de novis nuptiis iam tractari incipitur. Caesar⁵⁾ filiam ei tradere cupit.

Ego iam Cracoviam^{b)} absque ullo dubio pervenisse, nisi me in itinere in oppido, quod Bulimow⁶⁾ vocatur, canis graviter momordisset, ita ut frustum carnis mihi ademerit ex crure. Coactus inde sum deflectere ex via, ut ad chirurgum bonum possem venire, sed Deo volente brevi sanus ero et Cracoviae res expediam ac susceptum opus perficiam. Nunc quod scribam, nihil habeo. Illustrissimam Celsitudinem Vestram quam diutissime optime valere cupio. Datum in itinere, 28 Maii 1561.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae
humillimus servitor
Horatius Curio.

a) *pro expuncto*: In *suprascriptum*.

3) *Lucretia*.

b) *sequitur signum aliquod*.

4) *Cosmus I.*

1) *Alfonsus II Estensis*.

5) *Ferdinandus I.*

2) *Renata princeps Galliae*.

6) *Bolimów, pagus in districtu Loviciensi*.

Schedula:

Despotas,¹⁾ dum literas a Graeco quodam ex Valachia ad se scriptas legeret, totus intumuit et post horas 24 mortuus est, haud dubie a venenatis literis, a Palatino Valachiae²⁾ ordinatis. Hic est exitus vitae illius.

1) *Iacobus Heraclides Basilicus* (*qui revera nonnisi a. 1563 interfectus est*). 2) *palatinus Valachiae erat Petrus Iunior* (« el Tinar »), *hic agitur fortassis de Alexandro Lupușneanu, palatino Moldaviae*.

1562

N. 590.

Lomża, 2.I.1562.

Iostus Ludovicus Decius iunior

Alberto in Prussia duci

de regis bona valetudine nuntiat et enumerat senatores, spirituales et saeculares, qui regi hoc tempore adsunt; de negotio Livonico ad futura Comitia reiecto; de morte castellani Cracoviensis.

Sigill.

H B A, B 4, K.456.

Illustrissime Princeps etc.

Exigua mea officia ex relatione ac commendatione Spectabilis Viri, Domini Christofferi Jone, Illustritatis Vestrae Consiliarii et Iuris Utriusque Doctoris, grata acceptaque Illustritati Vestrae extitisse, ex litteris per hunc praesentem cubicularium mihi redditis cognovi.

Quae sane omnia etsi tenuia fuisse intellexi, illud tamen affirmare possum: a deditissimo obsequentissimoque animo semper profecta fuisse. Nec est, quod Illustritas Vestra mihi eo nomine gratias agat, plura enim me, si sequi maiores meos (qui semper Illustritati Vestrae addictissimi fuere) velim, debere Illustritati Vestrae agnosco, cuius erga nos clementia et gratia semper extitit maxima. Caeterum nunquam praetermissurus sum, quin omnia ea, quaecunque mihi Illustritas Vestra, tanquam servitori suo infimo, iniunxit, humiliter summa diligentia ac fide sim executurus, atque rogo, ut non aliter quam in numero servitorum suorum deditissimorum me habeat Illustritas Vestra.

Quod de valetudine Sacrae Maiestatis Regiae, tum Senatorum nomina, qui huc ad Maiestatem Regiam convenere, et quae hic gerantur, Illustritas Vestra ex me scire cupit, id equidem, quantum ex me erit, faciam non gravatim. Sacra Maiestas Regia in hunc usque diem divina clementia optima fruitur valetudine. Senatores, qui hic Maiestati Regiae adsunt, ex spiritualibus: Reverendus Dominus Episcopus Cracoviensis,¹⁾ Regni Procancellarius, Episcopus Cuiaviensis,²⁾ Episcopus Chełmensis;³⁾ Reverendissimus vero Dominus Archiepiscopus Gnesnensis⁴⁾ propter adversam valetudinem abest.

Ex secularibus: Magnificus Dominus Palatinus Syradiae,⁵⁾ Palatinus Brestensis,⁶⁾ Palatinus Plocensis,⁷⁾ Palatinus Mazoviae,⁸⁾ ac complures Ca-

stellani, inter quos Dominus Castellanus Sandomiriensis,⁹⁾ Curiae Regiae Marschalcus, tum Magnificus Dominus Cancellarius Regni,¹⁰⁾ et alii viri, Senatores non adeo praecipui. Dicuntur etiam hac septimana venturi Magnificus Dominus Palatinus Cracoviae,¹¹⁾ Palatinus Sandomiriae,¹²⁾ Palatinus Russiae¹³⁾ et Magnificus Dominus Ioannes Christofferus Comes in Tarnow, Castellanus Voinicensis, magni illius viri pie memoriae, Magnifici Domini Ioannis a Tharnow Comitis, Castellani Cracoviensis nuper in aestate defuncti, filius.

Hic quae gerantur per pauca sunt, nihil enim tractatum adhuc est praeter negocium Livonicum, quod tamen ad futura Regni Comitia, quae statim post festum Paschatis proximum celebrabuntur Piotrcoviae, reiectum est. Interim Maiestas Regia hic iudicia pro tribunali exercet. Caeterum de reditu Maiestatis Suae in Lithuania nihil certi habemus. Speratur autem Maiestas Sua ad festa Bachanaliorum Vilnam reditura. Proximo festo Natalis die praeterito Magnificus Dominus Thanczinski,¹⁴⁾ Castellanus Cracoviensis, obiit. Aliud, quod hoc tempore Illustratissimi Vestrae scribam, non habeo... Datum Lomsae, die secunda Ianuarii, anno Domini MDLII.*

Illustratissimi Vestrae Domini mei Clementissimi
humillimus deditissimusque servitor
Ludovicus Decius seu Iostus Iunior,
in Volia haeres, manu propria.

1) *Philippus Padniewski.*

9) *Stanislaus Maciejowski.*

2) *Iacobus Uchański.*

10) *Ioannes Ocieski.*

3) *Nicolaus Wolski.*

11) *Spytek Jordan de Zakliczyn.*

4) *Ioannes Przerembski.*

12) *Stanislaus Tarnowski.*

5) *Ianussius Kościelecki.*

13) *Nicolaus Sieniawski.*

6) *Petrus Dunin.*

14) *Andreas Tęczyński.*

7) *Stanislaus Kępski.*

*) error pro: MDLXII.

8) *Stanislaus Lawski.*

N. 591.

Gedani, 20.VI.1562.

*Matthias Strobitz, secretarius regius,
Alberto in Prussia duci
postulatam a duce descriptionem futuri itineris a Ioanne duce Finlandiae
et fratre eius, duce Magno, Gedanum suscipiendi, transmittit.*

Sigill.

H B A, B 4, K.456.

Durchleuchtiger, hochgeborener furst etc.

Nach dem mihr E.F.D. gnedigst aufferlegt haben, mich alhier zu erkundigen der zeit irer f.d. herzogk Johansen aus Kurlanndt unnd herzogk Magnus, seynes brudern, ahnkonnfft alhier unnd auch ire durchzugk, ob sye denselbigen ahn die ortth noch Konsperk nhemen werden unnd sonnst

